LIBRAIRIE
Ancienne et moderne
de ADURAND.
7. R. des Grès. Paris.

1547

LIBRAIRIE
Ancie
de A
7.B.2

Rhaby 7/1 62.

fr 24.

ONO-

STATVTA
ET PRIVILEGIA
ALMAE VNIVERSITATIS IVRISTARVM GYMNASII BONONIENSIS.

Chawenny

Bocelli

BONONIAE,
Apud Alexandrum Benacium.
1561.



155
T038

LEGVM STVDIOSIS IN FLORENTISSIMA BONONIENSI Academia Horatius Gabutius Maceratensis Vtriusq; Vniuersitatis Iuristarum Prorector.

S. P. D.

OPTIME ac sapienter illos sensisse semper existimaui studiosa Iuuentus, qui omnium rerum publicarum atq; omnis populi status ă Principibus pendere affirmarunt; & id circŏ oportere eos tales esse principes, tales regni moderatores, vt nihil aliud vnquam sentiant nihil cogitēt nihil moliantur, nisi ea quæ ad suæ Reipublicæ dignitatem, cōmoditatem, atq; emolumentum pertinere arbitrentur. Quod vt præclarum semper iudicaui, ita & beatissimas eas Respublicas fore putaui quæ ab huiusmodi principibus gubernarentur. In cuius rei cōfirmatione ne externis quidē adminiculis vtar, vnū mihi vestræ Academiæ exē plum omnem materiam, omneq; dicendi argumentum suppeditabit; Ab ea namq; veluti perfectissima aliqua Republica (neq; enim quid interfit video) Ioseph ille Placetinus ĕ nobilissima Mussorū familia vnus, vestrum omnium Princeps electus inter cætera, & laudatissima ea quidem instituta & præsenti & futuræ dignitati consulens, cunctis etiam vestrarum nationum (ut vocant) Consiliarijs in hanc sententiam euntibus, vestras leges vetustate iam abolet as typis imprimendas curasset, & opere iam inchoato ab hac amplissima vrbe abesse sua maxime interesset, ipse iam Nobilissimæ uestræ Academiæ Syndicus generalis constitutus, nouissime, (quæ vestra est humanitas) in principis vestri locum subrogatus, meum esse duxi nullis laboribus parcere nullam officij partem prætermittere, nullum deniq; non mouere lapidem, ut eū

me præme ferrem, quem esse & omnis officii ratio contendit, & mea præcipue de vobis omnibus vestraq; Academia bene semper merendi cupiditas suo tanquã iure exigere, et postulare videtur. Quamobrem cæptum opus fine iustissimo omnibusq; numeris absoluendum curaui. Ne autem perpetua maledicendi nedum male sentiendi occasio tribuatur, si qui forte erunt qui nostrum hoc institutum non tam laudãdum quãm probris lacessendum existimabunt, omnẽ consilij mei rationem explicabo, qua audita, & ã maledictis temperaturos eos, & opus hoc iure laudandum meritõ apparebit. Natura itaq; ita comparatum est, ut res omnes, & à se ipsa æditæ & ab hominibus etiam inuentæ ac excogitatæ certam quandam rationem necessitate immutabili munitam, atq; ordinem qui nulla vnquam ui possit abrogari seruare videantur, vt eæ tametsi ã paruis principiis proficiscantur, absolutæ tamen, & perfectissimæ eius conditionis non sint, ut speret aliquis posse eas perpetuo durare, cum potius paulatim senescant, minuantur, extabescant, ad interitum postremõ dilabantur, ac ruant; Tempus namq; edax rerum, & inuidiosa vetustas omnia destruit nec quicquam in suo statu firmum sint permanere; Nisi enim templa & ædes instaurarentur, nisi etiam Iurisconsultorum leges, & scripta innouarentur, breui quidem ea ex hominum oculis, & memoria remota nulla extarent prorsus. Hac igitur de causa (nostræ huic Academiæ maxime conducere arbitratus) nostra instituta instauranda, & innouanda constitui, turpeninirum, & indecorum ratus leges nostras vetustate consumptas, & ferẽ antiquatas, ac idcirco neglectas perinde ac nullas esse, & nobilissimã hãc Academiã iura, & leges alijs dare, ipsam autem quasi corpus aliquod sine mente legibus carere. Huc accedit q, ea tempestate rei huius gerendæ nobis sese obtulit occasio, qua Clarissimi Petri Donati ã Cæsis Reuerendissimi Narnien. Episcopi, & Bonon. Prolegati dignissimi benignitas omnia firma, & in omne æuum perpetuo duratura nobis pollicetur. Hic enim vnus (ut singularem eius in Deum Opt. Max. Religionis obseruantiam, & pietatem taceam) Sanctissimis suis moribus, magnanimitate, prudẽtia, æquitateq; & cum ipsa antiquitate certare, cunctisq; nostræ ætatis viris sapiẽtissimis palmam præripere videtur, quod etsi omnibus iam perspectum, & cognitum, nunc vrbs Bononia bonarum artium parens & alumna summa omnium lætitia experitur; tanta enim est eius clemẽtia in omnes, vt nemo spe vacuus ad eum accedat, tristis nemo recedat; cum diuinæ illius vocis memor, qua Titum Imperatorem vsum legimus, Velle se talem Priuatis Exibere quales se priuatos habere cuperet, eõ animum, & studia semper conuertat, ut mira in adeundo facilitate, & in respondẽdo lenitate vtẽs, tanquam alter Alexander ex duabus auribus alteram accusatori, reo alteram præbens, nulla largitione, nulla gratia, nulla cupiditate, nulla deniq; earum rerum quibus abundat hæc Ciuitas & ã recte iudicando, & ã sua summa integritate, cõtinentiaq; nec transuersum quidem vnguem agatur, & summa facilitati grauitate ad iuncta, iis artibus quas studio, diligẽtia, doctrinaq; vsu comparauit eorum temeritatem, & ambitionem reprimat qui omnia sibi licere sine discrimine arbitrantur. Quod verõ ad rem literariam pertinet, cum ab ea & rerum publicarum ornamenta vberrima, & rerum ciuiliũ status omnis, & populorum salus pendeat, ita eam strenue tueri suarum partium esse existimauit, ut nunquam tulerit, ut vel in minima quaq; re eius officium iure posset ab aliquo desiderari, ad huius Academiæ decus, & honestatem quod ãmodo natus. Quõ fit ut non immeritõ ã nobis sperandum sit leges has nostras eius auspicijs innouatas summa cum dignitate semper fore seruandas. Accipite igitur læta fronte iuuenes studiosi opus hoc absolutum quod vobis idcircõ dicandum volumus, quia, & leges earum cultoribus destinare maxime conuenire videbatur, & si qui erunt qui non vera sed adumbrata quadam prudentiæ specie apud semet ipsos elati, apud alios nec cum infimis numerandi, nostrum hoc institutum irridentes, vanum quiddam, & nihil vtilitatis prorsus afferens illud appellabunt, nec id quoq; reticentes nos leuia sectari, dum tamen magnum aliquid moliri studeamus quo nomen nostrum, & nunc appareat, & posteris quoq; innotescat, ijs & si tacentes satis essetis facturi, ne tamen vos concessisse existiment, vestrum erit sic respondere, & opus hoc vtilitatis plurimum allaturũ satis me prius demonstrasse, meã autẽ sententiam ea modestia ab omnibus accipi velle, vt nihil insolentius mihi videar arrogare, neq; ex hoc ingentem aliquam apud omnes memoriam expectare, etsi plurimi erunt qui nostrã opinionem secuti, rem ipsam æquiori (ut par est) sapientioriq; oculo aspicientes consilij nostri rationem optimã iudicabunt, sed vt certa aliqua meæ voluntatis significatione me vestri cupidissimum ostenderem, sin autem ã maledictis non desistentes noui isti zoili perpetuo obmurmurabunt, illius dicti memores, quot hominũ capita tot esse eorum sentẽtias, vos melioris sententiæ, illos tanq; in miseram aliquam calamitatem coniectos in sua pertinacia relinquite. Valete Bonon. ex Aedibus nostris Idibus Aprilis. M D L X I.

NOMINA DOMINORVM CONSILIARIORVM.

CITRAMONTANORVM.

Romanorum.

1 D. Philippus Veſtilius.
2 D. Alexander Romaulus ciuis Romanus.
Neapolitanorum.
3 D. Ioannes Stephanus Pauarus Fontana Placentinus.
4 D. Iulius Paternus Cremonenſis.
Marchiæ Anconitanæ inferior.
5 D. Ioannes Iacobus Panicus Maceratenſis.
Marchiæ Anconitanæ ſuperior.
6 D. Cæſar de Oddis.
Siculorum.
7 D. Ioſeph de Magiſtro Andrea.
8 D. Ioan. Dominicus Panarellus.
Florentinorum.
9 D. Iacobus Cometus Taruiſinus.
Piſanorum atq; Lucenſium.
10 D. Aloyſius Turretinius Lucenſis.
Sardin. & Cyprian.
11 D. Nicolaus Panchaccinus.
Senenſium.
12 D. Clemens Politus Senenſis.
Spoletanorum.
13 D. Zaphirus Pontanus.
Rauenatenſium.
14 D. Bartholomeus Caballus.
Venetorum.
15 D. Alexander Viualdinus Mantuanus.
Ianuenſium.
16 D. Dominicus Paſtorellus Briga.
Mediolanenſium.
17 D. Acchiles Calzaueglia Brixienſis.
Theſſalonicorum.
18 D. Alphonſus Crucius Placentinus.
Longobardorum.
19 D. Michael Antonius Salutius.
Cœleſtinorum.
20 D. Marcus Antonius Cottus Aſtenſis.
Romandiolorum.
21 D. Guid'Angelus Mengatius Fauentinus.

VLTRAMONTANORVM.

Gallorum.

1 D. Franciſcus de Syuilla.
Portugallen.
2 D. Ioannes. Hurtadus de Mendozza.
Prouincialium.
3 D. Melchior Milo.
Anglenſium.
4 D. Ioannes de Syuilla.
Burgundiorum.
5 D. Raynerius Dunius.
Sabaudiorum.
6 D. Antonius de la Porta.
Vaſconorum.
7 D. Iannes de Fraxino.
Biſturicenſium.
8. D. Iacobus de Vala de Vdolida.
Turonenſium.
9 D. Franciſcus Perſeualdus.
Aragon, & Catel.
10 D. Hieronymus Gomez.
11 D. Mattheus Moranta.
Nauarenſium.
12 D. Iacobus de Salazar.
Alemanorum.
13 D. Emanuel Vuelſer.
14 D. Melchior à Vuick Vueſtphalus.
Procuratores Nationis Germanicæ.
Vngarorum.
15 D. Valerius Barbus.
Polonorum.
26 D. Stanislaus Clodinius.
Boemorum.
17 D. Ioannes Abembisdorf.
Flandrenſium.
18 D. Adamus Dunius.
Prutenorum.
19 D. Ioachimus han Megapolitanus.
Datie.
20 D. Raynaldus Sultchz.

Qui, & quales eligi poſſunt ad officium Rectoratus, pagina prima, vide etiam ad materiam huius ſtatuti infra pagina 94.ca.Nos.
Quod Rectoratus officium nullatenus procuretur, & de procurantium pœna pag. 2.
Quando debeant elligi Rectores, & per quos, pagina .2. cap. Congruũ, & pag. 74. ca. caſſamus il primo.
De quibus nationibus eligendi ſint Rectores, pa. 2. cap. Dudum, & po. 74. ca. Caſſamus il ſecundo.
Qualiter fieri debeat electio Rectorum, pag. 3. ca. Electio, & pag. 74. ca. hanc Rubricam.
De excuſatione electi, & per quem publicetur electio Rectoris, & de ſubuentione rectoris fienda vel nõ, pa. 4. ca. Facta, & pag. 74. ca. in ſtatuto.
De forma iuramẽti Rectorũ, pa. 5. cap. gradum.
De habitu, & ſtatu rectorum & eorum familię, & eorundem rectorum inceſſu, pag. 5. ca. Hoc prę ſenti ſtatuto, pa. 74. cap. Congruum §. Item rectores, & pag. 90. cap. Venerabilis, pag. 95. cap. Ad futuram, & pag. 103. cap. Quoniam, & pag. 109. ca. cum orta.
De immunitate rectorum & quot eximere poſſint, pa. 5, ca. Dignum, vide etiam, pag. 74. cap. Caſſamus el. 3. & ca. Cæſar in illamet pag.
De Iurisdictione rectorum & quibus diebus ſedere debeant, pa. 6. ca. Iurisdictionem, vide etiam, pa. 15. ca. Hauendo, pa. 60. cap. Statuimus, & ſeq. & pa. 75. cap. in ſtatuto.
Ad quid Rectores ſpecialiter teneantur, pag. 7. ca. Charitatis, & pag. 15. cap. primo, & ſecundo vide etiam pag. 65. ca. Vt autẽ, pa. 76. ca. In ſtatuto, pag. 87. ca. Statuimus, pag. 107. ca. Fruſtra, pa. 103. ca. Quoniam.
De Electione mercatorum ſingulis annis fienda, pag. 9. cap. Vniuerſitatis, vide etiam pa. 86. ca. Volumus.
De abſentatione rectorum, & eorum loco ſubſtitutis, pa. 10. cap. Quoniam, vide etiam pag. 77. ca. in principio.
De Sindicis rectorum & aliorum officialium Vniuerſitatis, pa. 10. cap. Modum, vide pa. 78. cap. Caſſamus, pa. 77. ca. in fine, pa. 93. ca. 1. & pag. 104. ca. Vt perſonæ magiſtratus.
De Numero conſiliariorum, & de nationibus eorum, electionibus, excuſationibus, & ſubrogationibus, pag. 11. cap. Numerum, pag. 78. cap. 1. & pag. 104. cap. quanuis quod perſonæ.
De Iuramento Conſiliariorum, & eorum ſedibus, pa. 13. cap. Omnes.
De Tractatu Conſiliariorum, pa. 14. cap. Prouidemus, & pa. 104. cap. Quanuis, & pag. 104. cap. Ne quod ſæpe.
De ſuperuenientibus per conſiliarios, & repetitores nunciandis, pag. 14. cap. Quoties pag. 54. cap. firmamus.
Priuilegium obtentum per Dominum Cæſarem Mamphredum, quod prius erat collocatum in pag. 94. ante capitulum, q̃ Scolares collegiati, &c. pa. 14. et 15.
Quod libri etiam poſsint aſportari à forenſibus, pag. 15. cap. Nos.
De Maſſariis, pa. 16. ca. Rapientibus, vide pa. 78. cap. 2. & pa 91. ca. Adiungimus.
De Petiariis, & eorum officio, pag. 18. ca. ſtatuimus.
De Statutariis, & reuocatione ſtatutorum, pag. 19. cap. Sancitum, vide etiam pa. 59. ca. Carolus pag. 87. cap. Veteres ſtatutarii. pa. 66. ca. eadem. §. Item ſtatutarii, pa. 102. ca. Quod veteri ſtatuto, vide etiam pag. 1. §. primo pro.
De Denunciationibus doctorum non ſeruantiũ ſtatuta, pa. 20. cap. Chriſtiano.
De Aduocatis, & ſindicis, pag. 20. cap. Iſaie, et ſupra pa. 10. ca. Modum, et infra pag. 78. cap. Caſſamus, pag. 93. cap. Cum nemo, et pa. 104. cap. vt perſone.
De creatione Notarii, et quantum duret eius officium, et de iuramento eius, et Bidellorum generalium ballottatione pag. 20. ca. Zelantes.
De officio Notarii et eius ſalario, pag. 21. ca. Ad officium, et pag. 93. cap. ne notarius.
De Iuramento, et electione Bidellorum generalium, pa. 23. cap. Bidellorum, et pag. 83. cap. In iſto ſtatuto, pa. 107. ca. ob graues.
De Officio Bidelli generalis. pa. 23. ca. Cenſemus et pa. 107. cap. ob graues.
De Collecta Bidelli generalis. pag. 24. cap. Duas pa. 79. ca. in iſto.
De iuramento ſtationariorum librorum, vel petiarum, et extimatione, et taxatione petiarum, pa. 24. ca. extimatores et pa. 26. ca. Iurent.
Ad quid teneantur ſtationari librorũ pa. 25. cap. Fideiuſſores, et pa. 68. ca. ordinamus.
De Venditione facta per ſtationarios vel eorum inſtitores de libris, pa. 26. ca. Geſta.
Quantum recipere debeant ſtationarii pro vendi tione librorum, pa. 26. ca. Habeant.
De Iuramento, et ſatisdatione ſtationariorum, pag. 26. cap. Iurent.
De Pignoribus pro petiis, et eorum perditione, pa. 27. ca. Calendarium.
De Pœna ſtationariorũ, qui ſcriptoribus vel correctoribus interdictis petias conſeruiunt, pa. 27. ca. Librorum, & ſupra pa. 24. ca. eſtimatores.
De Taxationibus petiarũ, & quinternorum, pag. 27. ca. Matura.
De Arbitrio, poteſtate Rectorum, & Conſiliariorum ſuper ſtationariis librorum, & petiarum, pag. 30. cap. primo.
De Ligatoribus librorum, pagina. 30. cap. Omnes.
Quod nullus remoueatur de Officio, niſi p Vniverſitatem etiam ſi ſit inutilis pag. 30. cap. Prohibemus.

De Doctoribus ad lecturas Vniuersitatis eligendis,& scolaribus pag. 30. cap. Sex,& pag. 79. cap. cum ad Vtilitatem,pag.100.ca.In primis. pag.107. cap.Recens,& pag.98.§. Nec nõ sex.
De forma iuramenti Doctorum, pag.33. cap. Baiuli.
De inchoatione studii,& festiuitatibus per doctores celebrandis,pag: 34. cap. Bononiæ, & pag. 83. cap. Nolumus,pag. 87. cap. finali. & pag. 109. cap. Quoniam,& supra pag.15.cap.secundo.§. fin.
Quem modum debeant seruare doctores V.I. in lecturis ordinariis & extra ordinariis pag. 35.c. Cum expediat.
Quod nulla lex vel paragraphus dimittatur per Doctores & ipsorum repetitionibus pag.36.ca. statuimus.
Qui & quando debeant disputare,& disputationibus adesse,pag.37. cap. experto,& pag.64.cap. cum virtutum,pag. 83.cap.in isto il primo, pa. 91. cap.Addimus pa.92.cap. Nam sæpe, pag. 93.cap. Declarantes, pa. 99. cap. Modũ, pa. 105.cap.Magno.pa.106.cap. Recens.
De quæstione disputanda,& in scriptis dãda. pa. 38. cap. Expedit.
De Absentatione doctorum pag.38. cap. Formidantes,& pag.70.§. Item q̃ potestas,& pag.73. cap.Alia.§.Item quod vbi tractatur.
De Rogationibus per Doctores scolaribus non faciendis pag. 39.cap. fructum.
Quod propter doctorum & aliorum exequias à lectionibus possit abstineri pa 39. cap. Gratia & pa. 51. cap. corpora,& pa. 84.ca.in statuto
Quod doctor priuatus non possit restitui nisi per Vniuersitatem,pa. 39. cap grauiorem.
De scolaribus legentibus extraordinarie, & quantum soluere debeant vniuersitati,pa. 39. cap. Hac prouida.
Quod Baccalarii possint bis in septimana intrare, pag. 40. cap. Hora.
Triplex Iuramentum promouendorum ad doctoratum pa. 40.cap. Item statuimus.
Quantum Doctorandus debeat studuisse pa. 40. cap.Iubemus.
De prẽsentatione Scolarium doctorandorum pa. 41. cap. Charissimus.
De punctis in priuata examinati one pa.41.cap. Ad Rigorosum.
De Publicis examinationibus pa. 42. cap. Doctorandi.
De Solutione fienda Vniuersitati, & doctoribus Bidellis & aliis per scolares doctorãdos, pa.43. cap. Cum,pa. 63.cap. Nulla iuris ratio, pa. 65. cap. Quoniam,pa.89.cap.Nicolaus,pa.93.cap. & quoniam.
De Recipiente librum in Secreto pa. 44. cap. Magisterii.
De Iuramento Bidellorum doctorum ordinarie legentium et extraordinarie pa. 44. cap. mandamus.
Qui dicantur esse Bidelli, & ad quid teneantur, & quantum recipere debeant pro collectis palearum pa. 45.cap.Noxiam,& pag.83.cap. in isto & pag.109 cap. Obgraues.
De collectis Bidellorum specialium pa.45. cap. Nolentes.
De Hospitiis & eorum taxatione & conductione pa. 45. cap.ordinamus.
De pensione non augenda nisi hospitum sit melioratũ,&de ipsius reparatiõe pa.46.c.oraculo.
Quod nullus scolaris debeat hospitiũ cõducere in quo alter scolaris habitet pa. 46.c. potẽtiorib.
De priuilegiis doctorum in conducendis Hospitiis et an ipsi vel scolares conducant pa. 47.cap. Priuilegio.
De Hospitiis interdicendis propter iniurias, et dãna personarũ, vel illata singularibus, et studio suspendendo pa. 47.cap. Quotiens.
De pena hospitum qui conueniunt doctores vel scolares propter hospitium interdictum, pag. 48. cap. quicunq;.
De Renuntiatione iuris inquilinatus, & ipsius cessione,pag.48.cap.renuntiare.
Quod socius recedens ab hospitio dimittat claues & cameram, pa. 48. cap. recedens.
Quod Hospites ante finem anni nõ possint scolaribus auferre hospitia,pa.48.cap. statuimus.
De Domibus in quibus habitant scolares nõ destruendis,pa. 48. cap.statuimus,& pa. 68.cap. statuimus.
Quod Rectores,etiam cum consilariis non dispẽsent super hospitiorum statutis pag.49. c.2.

TERTII LIBRI.

De Arca, & Sigillo Vniuersitatis & Iuramento Scolarium ipsorum concernente vtilitatem,pa. 49. cap. Arca.
De Iuramento Scolarium etiam Bononiensium, pag. 50. cap. Aduenæ.
De periurio euadendo propter ignorantiam vel solutionem quinq; solidorum, pag. 50.cap. Animarum.
De Scolaribus vnius vniuersitatis non recipiendis in aliam, & q̃ respitiatur origo, pag. 50. cap. Bilingues.
De modo partiti ponendi in Vniuersitate, pag. 51. cap. Bene conuenit.
De Armis ad Vniuersitatem non ferendis,pa.51. cap. Calamitatibus.
De obsequiis,& suffragijs mortuorum,pa. 51.c. Corpora,& supra, pa.39. cap. Gratia,& infra, pa.84. in statuto.
De Compaternitate,& commodatione,pag. 52. cap. Compaternitatem.
De pœna Aduo cãtium contra scolarem,pag. 52. cap. contra.
De vestibus Scolarium,pag. 52. cap. Damnosis vide supra pa.15.cap.primo in fine,& infra pa. 93.cap. Quoniam.
De Ludo taxillorum pa. 53. cap.Dispendiis.
De scriptoribus & famulis scolarium,pa.53.cap. Decernimus.
Quod nullus scolaris debeat ratione alicuius priuilegii denuntiare aliquem bonon .pa.53. cap. Exstirpando.
De calumnijs accusationibus, & bannis absentium pa. 54. cap. Exquisitis.
De pœna Iudicis secularis,pa.54.cap. Equitas.
De offensa scolaris propter officium Vniuersitatis,pa. 54. cap. fidutiam.
De Pœnis iniurantium scolaribus, & rectoribus, pa. 54 cap. frenum,& pa. 75.cap. vt Rectores. pa. 84. cap. primo.
Quid soluere debeant superuenientes, & restituti pa. 57. cap.firmamus, & pa. 84.cap.in primis
De forma & suspensione studii & limitatione arbitrii dati sapientibus quo ad illa,& quo ad quædam alia,pag. 58. cap. Gregem & supra pa.47 cap. quotiens,& pa. 106. cap. Admodum.
De festiuitatibus per Vniuersitatem processionaliter cum cereis honorandis,pag.58.cap. Gerentes, & pa.84. cap. finali.
De festiuitatibus nationum pag. 59. cap. Graua men.
De prepositis nationum, & Consilhariis vltramõtanorum, pag. 59. cap. Hactenus.
De Scolaribus recedentibus non associandis,pa. 59 cap. Hoc statuto.
Quod statuta Nationũ vltramont. ab ipsarũ scolaribus obseruẽtur pa.59.cap. Hac deliberatiõe
De procurantibus diuisionem vel subtractionem salarii, quod datur à communi Bonon. pa. 59. cap. Irrefragabiliter.
De Interpretatione statutorum, & de opponentibus seu oblequentibus pag 59 cap. Carolus & vide supra pa. 19. cap.Sancitum est.
Quod doctores collegii teneantur venire ad festa Vniuersitatis & ad exequias scolarium Vniuersitatis.pag. 60. cap. Cum ferendus.
De Arbitrio, & potestate Rectorum nouiter rectoribus attributa pag.60 cap. Statuimus.
De pœnis pro parte Rectoribus applicandis,pag. 61. cap. & naturalis.
Quæ priuilegia dicantur concessa successoribus exemptorum.pag.61. cap. Hoc præsenti.
De libellis famosis cõtra aliquem nostræ Vniuersitatis,pag. 61. cap. cum famosis.
Quod nihil possit proponi in Vniuersitate nisi id pio quo fuerit congregata pag.61. cap. Statuimus.
De Gratiis exemptionis non obtinendis, pag.61. cap. Salubri.
Quod Doctores collegii nõ veniant contra statuta Vniuersitatis,pag. 62. cap. Cassa.
De cautione exigenda vt membranorum chartarum copia habeatur, pag. 62. cap.ne deffectu.
Ad quid teneantur scolares Bonon. quando publicam assumere volunt pag 62. cap. prouidemus pa. 91. cap.hæc addimus.
De salario Archidiaconi Bonon. & eius officialium pag 63. cap Nulla iuris & pa. 92. cap Pro honore.
Qui dicatur priuatus commodo, & honore nostræ Vniuersitatis pag. 63. cap.vt de cętero.
Qui gaudere debeant priuilegio nostræ Vniuersitatis,pag. 64. cap. statuimus, & pa. 85. cap. primo.
Quod doctores qui legerint per.24. annos nõ teneantur repetere vel disputare pag.64.cap.cum virtutum,& supra pag. 36. cap. statuimus,in fine.
Quod doctores extraordinarie legentes, non debeant intrare hora repetitionis Scolarium pag. 64. cap. Experto.
De priuilegiis Scolarium et Rectorum, q̃ possunt ire sine impedimento aliquo ad dominum Potestatem Bonon. & eius officiales, & alios officiales communis Bonon. pag. 65. cap. Ordinamus,& pag. 68. cap.3.& pa. 85. cap In primis, & cap. quia.
De Rectoribus condemnandis propter pœnas nõ exactas,pag. 65. cap. Vt autem.
De Expensis fiendis tàm in publico quàm in priuato examine,pag.65. cap. quoniam, & pa.91. cap Hæc addimus.
Quando ligent statuta, & de ipsorum voluminibus, pag 66.cap.eadem,& pa. 85.c. In isto.

QVARTI LIBRI.

De Immunitatibus, & priuilegiis concessis à longissimis temporibus citra,doctoribus,& scolaribus studii Bonon, pa. 67. cap. Statuimus, & pa. 85. cap. volumus.
De tractantibus seu sectam facientibus vel aspirationem pro studio transferendo extra Ciuitatem Bonon.pa. 67. cap. Hac edictali,& pa. 72.cap. Statuimus.
De stationariis tenentibus exempla librorum pa. 68. cap. primo vide etiam supra, pa. 25. cap. fideiussores.
De Domibus in quibus habitant Scolares non destruendis pa. 68. cap. statuimus vide supra pa. 49. cap. statuimus.
De priuilegiis Rectorũ & scolarium q̃ possint ire sine impedimẽto ad potestatem vel eius familiã & alios officiales communis Bonon, pa. 68. ca. 3. vide supra pa. 65. cap. primo,& pa. 85.cap. In primis & cap. quia.
De Immunitate doctoribus concessa, & Scolaribus legentibus pa. 69. cap. statuimus,& pa.85. cap. penultimo.
De Priuilegiis Scolaribus concessis per vniuersitatem,pa. 69. cap. Ordinamus, & pa. 85. cap. finali.
De Priuilegio Scolarium patientium furta seu iniurias, pa. 71. cap. primo.

De

De Bannitis pro offesa alicuius Scolaris de bãno non extrahendis pa. 71. cap. secundo.
De Pretio dando his qui reperirent Assassinum vel alium hominem, qui vulnerauerit Scolarem aliquem pa. 71. cap. tertio.
De Procurantium pœna, ꝙ priuilegia tollantur Scolari, pa. 72. cap. Statuimus, vide supra pa. 67. cap hac edictali.
De Conductionibus prohibitis domorum quæ sunt iuxta doctores vel scolares pa. 72. cap. Itẽ prohibemus.
De generali confirmatione priuilegiorum Vniuersitatis scolarium ipsarum vniuersitatis pa. 72 cap. Volentes & pa. 97. cap. dilecti filii.
De priuilegiis Vniuersitati legistarũ de nouo cõcessis pag. 72. cap. In Christi & pag. 97. cap. Dilecti filii.
Alia priuilegia noua concessa noviter sub anno. 1417. Vniuersitati scolarium legistarum, pag. 73. cap. primo, & vide supra pag. 15
Quod Scolares in studio moram trhaentes, etiam si sint beneficiati possint gaudere fructibus suorum beneficiorum quoruncunq; , pagina. 73. cap. Martinus.

IN PRIMVM LIBRVM
Reformationes.

Quando debeant Rectores eligi, & p quem, pag. 74. cap. Cassamus il primo, & supra pag. 2. ca. Congruum.
De quibus nationibus sint eligendi Rectores pa. 74. cap. Cassamus il secundo, & supra pagina. 2. cap. Dudum.
De Modo, & forma electionis noui Rectoris pa. 74. cap. Hanc rubricam, & supra pagina 3. cap. Electio.
De Excusatione electi & per quem pag. 74. cap. In statuto etiam pag. 4. cap. facta.
De Immunitate Rectorum pag. 74. cap. Congruum, & cap. Cæsar de Naciis, & etiam supra pag. 5. cap. Dignum.
De pœna iniuriantium Rectori, pag. 75. cap. Vt Rectores, & supra pagina. 54. cap. Frenum, & 84. cap. primo.
De Iurisdictione Rectorum, pag. 75. cap. In statuto, & supra. pag. 6. cap. Iurisdictione, & pag. 60. cap. statuimus cum seq.
Ad Quid Rectores spetialiter teneantur, pag. 76. cap. primo, vide supra pag. 7. cap. Charitatis, & pag. 65. cap. Vt autem.
Quid fiendum fuerit si contingerit Rectorem malignare, pag. 76. cap. consueuerunt.
De Iuramento domini potestatis & aliorum quarundam officialium Ciuitatis Bonon. pag. 76. cap. cassamus. &.
De Absentatione Rectorum, & eorum loco substitutis pag. 77. cap. In principio, & vide supra pag. 10. cap. Quoniam.
De Sindicis Rectorum pag. 77. cap. In fine, & supra pag. 10. cap. Modum, & pa. 20. cap. Isaie, & pagina. 78. cap. Cassamus, & pag. 93. cap. primo, & pag. 104. cap. vt personę.
De numero Cõsiliariorum & eorum nationibus pag. 78. cap. primo, & supra pag. 11. cap. numerum, & infra pag. 104. cap. quanuis.
De Massariis pag. 78. cap. 2. Et supra pag. 16. cap. Rapientibus, & infra pag. 91. cap. adiungimus.
De Sindico generali Vniuersitatis pag. 78. cap. Cassamus vide in tabula Rubricę de Sindicis Rectorũ, & de aduocatis, & sindicis, infra pa. 104. cap. Quanuis.
De Collecta Bidellorum pag. 79. ca. In isto, & supra pag. 24. cap. Duos.

IN SECVNDVM LIBRVM
Reformationes.

De Doctoribus, & Scolaribus ad lecturas Vniuersitatis eligendis pag. 79. ca. 2. etiam supra pag. 30. ca. Sex, & infra pa. 100. ca. in primis, & pa. 98. §. nec non Sex.
Inchoatiõe studii & festiuitatibus per doctores celebrandis, pa. 83. ca. primo, & supra pagina 34. ca. primo.
Qui & quando debeant disputare, & disputationibus adesse, pag. 83. ca 2. & supra pag. 64. c. Cum virtutum, & infra pag. 91. cap. Addimus, & pag. 92. ca. Nam sæpe, & pag. 93. ca. declarantes, & 99. ca. modum, & 105. ca. magno, & 106. ca. Recens.
Qui dicantur esse Bidelli, & ad quod teneantur, pag. 83. ca. 3. & supra pag. 45. ca. Noxiam, & fra pag. 107. cap. ob graues.

IN TERTIVM LIBRVM
Reformationes.

De Pœnis iniuriantium Scolaribus pag. 84. cap. 1. & supra pag. 54. ca. Frenum, & pa. 75. ca. 1.
De exequiis & suffragiis mortuorum pag. 84. ca: 2. & supra pag. 39. ca. gratia, & 51. ca. corpora
Quod soluere teneantur Scolares superuenientes & restituti pag. 84. ca. tertio, & supra pag. 57. ca. firmamus.
De festiuitatibus per vniuersitatem cũ cereis processionaliter honorandis pag. 84. ca. finali, vide etiam supra pag. 58. ca. gerentes.
Qui gaudere debeant priuilegio Vniuersitatis pa. 85. ca. primo, & supra pag. 64. ca. primo.
De priuilegiis Scolarium, & Rectorum, ꝙ possint ire ad legatũ et cetera pag. 85. cap. secundo vide etiam supra pag. 65. ca. primo, & pag. 68. cap. finali, & in hac eadem pag. cap. Quia.
Quando ligent statuta, & eorum volumina pag. 85. cap. tertio, & supra pagina. 66. ca. primo.
De priuilegiis, & immunitatibus concessis Scolaribus pagina. 85. cap. volumus, & supra pagina 67. cap statuimus.

IN QVARTVM LIBRVM.
Reformationes.

De Priuilegiis, Rectorum & scolarium ꝙ possint ire et cętera pag. 85. ca. Quia, & vide supra pa. nostra.
De immunitate Rectoribus concessa, & scolaribus legentibus pag. 85. ca. final, & supra pag. 69. ca. Statuimus.
De priuilegiis Scolaribus concessis per ipsorum Vniuersitatem pag. 85. ca. Finali, & pag 69. c. Ordinamus.
De libris pignori datis pa. 86. ca. Volumus vide supra pa. 9. ca. Vniuersitatis.
De confirmatione testamãti Domini Petri de Ancharano, pa. 86. ca. Præcipuum.
De priuilegiis & exemptione statutariorum pag. 87. ca. Veteres, vide supra pa. 19. ca. Sancitũ. §. prędicti vero statutarii, & pa. 66. ca. eadem. §. Item statutarii.
Præconium, ꝙ Scolares, & sua bona vsualia sint immunia ab omnibus datiis pa. 87. vide etiam de hoc pag. 98. §. Quodq; omnes & singuli scolares.
De Pœna non seruantium statuta pag. 88. ca. primo & pag. 107 ca. frustra.
Quod Rectores collegii Hispanorum teneant immediate primum locum post Rect. legistarum, & artistarũ pag. 88. Daniel. & pag. 95. ca. primo.
De Scolaribus doctorandis pauperibus, ad instantiam Rectorum gratis, pa. 89. ca. Nicolaus. & pa. 75. §. penult.
De incessu & precedentia Rectoris, pag. 90. cap. Venerabilis, & supra pa. 5. ca. Hoc presenti. & pa. 74. ca. Congruum, §. Item Rectores & pa. 109. ca. cum orta.

ADDITIONES STATUTORUM.

Qui & quando disputare debeant pa. 91. ca. Admus & pa. 37. ca. experto, & pa. 64. ca. Cum virtutum, & pa. 83. ca. in isto il primo, & pa. 92. cap. Nam sæpe.
Ad quid teneantur ciues Bonon. scolares, quando publicam assumere voluit pag. 91. ca. secundo & 62. cap. tertio.
De Solutione facienda vniuersitati, & doctoribus & Bidellis per doctorãdos pa. 91. ca. secundo & supra pa. 43. ca primo, pa. 63. ca. nulla iuris, & pa. 65. ca. quoniam, & pa. 89. ca. Nicolaus, & pa. 93. ca. et quoniam nonnulli.
De Massariis, vide supra pa. 16. ca. primo pag. 78. ca. secundo, et pa. 91. ca. adiungimus.
De Immunitate Rectorum pa. 92. ca. volumus, vide supra pag. 5. cap. Dignum, et pag. 74. ca. Cæsar, et pa. eamet ca. finali.
Qui et quando debeant disputare, et disputationibus ad esse, pa. 92. ca. Nam. sæpe, vide supra pa. 37. ca. primo, et pa. 64. ca. cum virtutum & pa. 83. ca. in isto, il primo, & pa. 91 ca. primo et pag. 93. ca. declarantes, et 99. ca. Modum, & 105. ca. Magno, et 106. ca. Recens
Prouisio pro salario domino Archidiaconi pag. 92. ca. pro honore, et supra pa. 63. ca. primo.
De aduocatis et sindicis pa. 93 cum nemo, et supra pa. 10. ca. Modum, et pa. 20. ca. Isaie, et pa. 78. ca. Cassamus, et pa. 98. §. ac ꝙ Sindicus.
De officio Notarii et eius salario pa. 93. ca secũdo vide supra pa. 21. ca. primo.
Qui et quando debeant disputare pag. 93. cap. declarantes, et 99 ca. modum et 105. c. magno.
De vestibus scolarium pag 93. cap. quarto vide supra pag. 15. cap. primo in fine, et pag. 52. ca. tertio.
De solutione faciẽda pa. 93. ca. finali, et supra pa. 43. ca. cum in omnibus, et cętera.
Quod Scolares collegiati in Collegio sancti clemẽtis, vna cum cæteris admittantur ad rectoratum pa. 94. ca. primo.
Quod Rectores eiusdem primum locum obtineant post Rectores legistarum et artistarum pagina. 95. cap. primo, vide etiam supra pag. 88. cap. Daniel
De pecuniis soluendis per hebreos pro bachanalibus pa. 96. ca. in nomine.
Priuilegium Pauli tertii. In quo vltra confirmatiõ generalem statutorum, habentur etiam quædam particularia priuilegia circa delationem armorum per Sindicum, cõsiliarios, familiares Notarios et Bidellos, pa. 97. ca. primo.
De Disputationibus Scolariũ publice faciendis pa. 99 vide de hoc in Rubrica qui et quando disputare debeant.
De forma eligendi scolares ad lecturas vniuersitatis, et ad quod teneantur electi pa. 100. ca. in primis, vide supra pa. 30. ca. Sex, et pa. 79. ca. cum ad vtilitatem, pag. 98. §. nec non Sex. et pa. 106. ca. Recens.
De statutorum reformatione pa. 102. cap. quod veteri, vide supra in Rubrica primi libri de Statutariis.
De immatriculatione Scolarium pa. 102. ca. grauí, et supra pag. 16. ca. Rapientibus. § et nullus et. §. penult. & pag. 14. cap. quoties et p ag. 80. §. ad petitionem.
Prouisio circam personam et officium Rectoris pag. 103. cap. quoniam.
De incessu, et habitu domini Sindici generalis pa. 104. cap. vt personæ vide supra in Rubrica primi libri. De Sindicis Rectorum.
De Congregatione Consiliariorum, et subrogatione pag. 104. ca p. Ne quod sæpe, et cap quanuis, vide supra in Rubrica primi libri de Numero. Iuramento, et tractatu consiliariorum.
De ordine in publica disputatione obseruando, pagina 105. cap Magno vide supra in Rubrica qui et quando disputare debeant.
De Vacationum tempore restringendo, pagina. 106. cap. admodum Vide supra in Rubrica secundi libri De Inchoatione studii.

De

De lectionibus extraordinariis inter Scolares distribuendis, pa. 106. cap. Recens, vide supra pa. 100. ca. in primis.
De Oratione in principio studii habenda, pa. 107 cap. Quoniam.
De Electione, et Remotione Bidellorum cohercendaq; eorum negligẽtia pag. 107. cap. ob graues, vide supra in Rubrica primi libri, de Iuramento, et electione Bidellorum.
De Exigenda à contumacibus pœna, pa. 107. ca. frustra, vide supra pag. 88. ca. volumus.
Præcedentia Rectoris pagina 109. ca. cum orta, vide supra pag. 90. cap. venerabilis.
De non Arripiendo Tapetum pag. 109. ca. Congregati, vide pagina 103. cap. quoniam. §. Tapetum.
Quod quilibet Consiliarius teneantur emere vnũ volumen Statutorum pag. 110. cap. Cõgregatis

IESV Auspice: ac Petro & Paulo suffragante & Eugenio sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa quarto huius fœliciſsime Ciuitatis Bononiæ pro huius nostri feliciſsimi Studij commodo & vtilitate ne ij nostri honoratiſsimi atq; spectatiſsimi Gubernatores falsa spe ad hoc Regimen pelliciantur: Placuit pro vtriusq; vninersitatis administratione Spectatiſsimis atq; ornatiſsimis Domjnis Petro clerici de Francia Archidiacono ecclesiæ Terceñ. Literarum apostolicarum Abreuiatori, Scolari in Iure Canonico, Rectori Prestantiſsimorum Dominorum vltramontanorum: Et Domino Ioanni de Ferarijs de Pedemõtium preposito ecclesiæ Beatæ Mariæ de Rareto Taurineñ. Dyocesis, Scolari in iure Canonico. Rectori ornatiſsimorum atq; ampliſsimorum virorum Dominorum citramontanorum, Cupientibus fauste & feliciter vtriusq; vniuersitatjs gesta & negocia oportune gubernare. Hos egregios, multæq, prudentiæ viros, vtriusq; vniuersitatis scolares, Ampliſsimosq; Dominos prædictis Rectoribus ad Rempublicam nostram administrandam consocios addere, electos publice ne quid detrimenti vtriusq; vniuersitas pateretur.

¶ Primo pro nobiliſsima vniuersitate dominorum vltramontanorum spectabilem virum dominũ Iacobum de sancto Dominico, Dominum Ludouicum falchis de Vallentia, scolares in Iure ciuili. Præstantiſsimos dominum Iacobum de sibilia dominum Egidium de Francia scolares in iure Canonico. Et pro vniuersitate clariſsimorum virorum dominorum citramontanorum Primo Egregium virum Dominum Paulum de Lugo canonicum Imoleñ, dominum Ioannem de sancta victoria scolares insignes in iure canonico. Dominum Antonium de Machoto de sicilia Dominum Christophorũ de Ritiliano de Ianua scolares probatiſsimos in Iure ciuili. Qui equidem viri scientia & moribus præstantes, posint ob licentiam concessam ab vtriusq; vniuersitate statuenda interpretari, declarare, augere, diminuere, secundum q̃ eorum animis & voluntatibus sedebit Dei auxilio. ¶ Visis itaq, antiquis & vetustiſsimis statutis: quæ ab huius studij initio conflata sunt. Summa ope digestis, examinatis, infrascriptas leges & statuta condiderunt. Dicentes lex a nobis exiet, & iudicium in lucem vtriusq; vniuersitatis requiesceet, eo q̃ cuncta lecta & explicata prout existunt firmata & approbata processerunt Sub Anno Natiuitatis Dominicæ: Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo secundo decima mẽsis indictione die vltima Octobris.

¶ Sane cum iam dudum florentiſsimi Bononiensis studij Sacrorum Iuris Canonici & Ciuilis. Quorũ Bononia nutrix & mater appellatur statutaq; iam longæuis temporibus viguerunt edita, præmiſsa auctoritate vtriusq; vniuersitatis studentium pro iuribus præmiſsis antiquitate accepta. Ne ipsa vniuersitas in aliquo deficiat. Ne quid antiquitati obici posit, & vt animi iniquorum coherceantur si satis per antiqua tempora his casibus non est & accumulate prouisum cum singulis annis correctione indigeant. Infrascriptas Leges & statuta componimus & de nouo facimus: & quædam antiqua nouamus atque etiam reformamus ad statum & exaltationem vtriusq, vniuersitatis scolarium prælibatorum. Ea propter auctoritate qua fungimus has sanctiones sanctiamus Sententiamus & promulgamus iuxta tenorem & seriem: qui continentur in eisdem.

¶ Qui & quales eligi posint ad Rectoratus officium.

AFfectantes in reformatione siue prouisione præsenti ad quam positi sumus debitum ordinem obseruare: vt omnia congruis locis & titulis declarentur. Propter q̃ quæcunq; suo ordine bene composita clarius elucebunt. ¶ Idcirco de persona Rectoris tanquam à capite incipiẽtes primo tractare censemus. ¶ Ad Rectoratus igitur officium eligatur Scolaris nostræ vniuersitatis qui vita & moribus grauis: honestus: discretus: quietus & iustus: & pro bono comuni vniuersitatis magis commẽdandus existat. ¶ Item sit Clericus non coniugatus habitum deferens clericalem: ac nullius religionis appareat. super quibus: vel aliquo prædictorum nullatenus dispensetur: sup pœna periuri. quam incurrat Rector & proponens hoc dispensari, & si quouis modo fuerit dispensatum: posit ipsofacto per vniuersitatem retractari: Et qui ad minus quinq; annis iuristuduerit in studijs generalibus & suis proprijs sumptibus continuo vixerit: & vigesimumquintum annum suæ ætatis attigerit: super qua ætate si suæ vniuersitatis rector & cõsiliarij ex aspectu corporis vel alijs coniecturis illum iudicent ætatis supradictæ ipsius excusatio super ætate nullatenus admittatur. quod si per eos dubitetur de prędictis vel aliquo prædictorum saltim credi debeat electi proprio iuramento. Insuper eligatur idoneus & sufficiens qui in faculsatibus sufficienter abundet. ita q̃ expensas officij valeat honorabiliter supportare.

¶ Quod Rectoratus officium nullatenus procuretur: & de procurantium pœna.

BEneficia & officia cum peti non debeant. Sed fugientibus sint eroganda potius: Statuimus q̃ nullus scolaris vniuersitatis nostræ cuiuscunq; conditionis existat, procuret officium rectoratus neque pro se neq; pro alio indigno vel non idoneo vt ipse vel alter eligatur. ¶ Item nec in contra-

rium procurabit.vt nec ipse nec alter idoneus & dignus eligatur. Si quis enim per se vel alium ad sui instantiam vel alterius rectoratus officium procurauerit,vel in aliquo de supradictis contrafecerit.rector ita procurans officium rectoratus,si finito officio quandocunq; infra tempus sui sindicatus fuerit ad minus per quinq; testes omni exceptione maiores conuictus pœna, quinquaginta librarũ Bonoñ. mulctetur,a rectoribus futuris exigẽda. ¶ Si vero alius procurãs extiterit alieno nomine(nisi vt supra notatum est)puniatur pœna triginta librarum.Quæ pœnæ vel ipsarum altera pro dimidia applicetur nostræ vniuersitati:pro alia rectoribus: ipsas siue ipsam exigentibus:quam vel quas exigere teneantur. siue alter ex his: sub pœna periurij & talionis.Et huic morbo salubrius prouidere volẽtes decernimus ne aliquis scolaris à ciuitate Bononiæ se absentet per duos menses ante electionem rectoris nostri ex causa rationabili prius suo iuramento approbata & notificata rectori. Qui rector habito consilio cum natione vel consiliaria de qua dictus scolaris fuerit sibi liceniam impendere tenetur. Si talis malicioſe non duxerit se absentandum. ¶ Hoc statutum & præcedens per omnes scolas publicæ nuncietur per notarium nostræ vniuersitatis pœna quinq; librarum Bonoñ.de suo salario si hoc quoquomodo fuerit prætermissum.

¶ Quando debeant elligi Rectores & per quos:

COngruum tempus esse existimamus electionem Rectoris infrascriptis diebus celebrari omnino debere.Quare statuimus q electio Domini Rectoris vltramontani fieri debeat in primo die mẽsis Maij,per antiquum rectorem,nouos cõsiliarios,& totidem adiunctos,statuentes q vnus quisque adiunctus per suam nationem eligatur: qui adiuncti de antiquis cõsiliarijs illius anni esse nõ possint si alij sint de illa natione. ¶ Domini autem rectoris citramontani electio fiat: & fieri debeat in festo inuentionis sanctæ Crucis de dicto mense Maij.Eo modo quo supra.quo omnes prædicti consiliarij & adiuncti præstare debeant iuramentum prout infra proximo statuto continetur ¶ Quod si aliquis ex nouis consiliarijs fuerit absens in electione rectoris : non rector vel ipse consiliarius: sed natio uel consiliaria ipsius absentis substitutum ad actum electionis.& quencunq; alium actum,eligere debeat ¶ Quod si de natione uel consiliaria nullus adesset:tunc rector cum consiliarijs vel maiori parte ipsorum de alia natione vel consiliaria eligant substitutum.Et hoc quandocunq; expedit in quocunque actu. ¶ Consiliarij vero citratramontani de suis consiliarijs tantum adiunctos eligere teneantur. qui si deficerent tunc vndecunq; de suis tamen nationibus illos assumant.Contra tales vero electores: consiliarios: & adiunctos nulla alia exceptio admittatur. ¶ Hoc autem statutum nulla consuetudine hactenus in contrarium obseruata volumus quo ad omnia & maxime de tempore & die electionis rectoris inuiolabiliter obseruari pœna quinquaginta librarum bononiẽsium vtriq; vniuersitati applicanda ,Rectoribus imminente permittentibus contrarium obseruari. ¶ Quod si ex aliqua causa iusta: vel non iusta electio.alicuius rectoris fuerit dilatata.Nihilominus volumus illum tardius electum electionem noui rectoris astringi facere in tempore supradicto sub pœna contenta infra in statuto sub rubrica.Ad quid rectores specialiter teneantur. ¶ tem statuimus q rector qui tunc pro tempore fuerit pro anno sequenti vllatenus non valeat in rectorem reassumi.eligi,seu confirmari,nisi in vtraq; vniuersitate ad hoc specialiter & iuridice congregata fuerit obtentum nemine discrepaute.Hoc verum es se censemus si infra mensem alius reperiatur ydoneus & acceptans, Si vero nemo alius ydoneus & acceptans reperiretur possit tunc rector antiquus à tota vel maiori parte vtriusq; vniuersitatis de nouo eligi vel confirmari pro anno futuro.Quo finito nullatenus dictus Rector quoquomodo possit de cetero esse Rector siue alius reperiatur ydoneus siue non. Et si dicta confirmatio siue electio alias celebrata fuerit sit ipso iure uulla.

¶ Ne autem statutum uideatur contrarium sequenti statuto.Ideo declarando decernimus q Rector qui in anno immediate præcedenti fuerit assumptus in subsidium alterius nationis,confirmari possit in anno seqnenti per solam suam vniuersitatem si maiori parti placuerit,

¶ De quibus nationibus eligendi sint Rectores.

DVdum hucusq; seruatum: nunc in melius duximus reformandum q Rectoris vltramontani electio proximum Kllendas mensis Maij fiet de vna de sex nationibus scilicet Gallicana: Burgõdia: Sabaudia Bituria.Vasconia.Turimesi.Sequenti vero anno vel secundis kllendas maij eligatur de vna de sex nationibus scilicet.Castella.Portugalia.Prouinciali.Nauarensi.Aragonensi. Et Catolonia. ¶ Tertio vero anno eligatur de vna ex sex nationibus scilicet.Alemanorum, Vngarorũ. Polonorum.Boemorum.Anglicorum. Et Flandrensium. ¶ Quarto anno reincipiatur & redeatur ad sex primas scilicet.Gallicanã & alias:& sic ad alias succej siue vsque ad vltimam.& sic postea deinceps reddatur ad primam scilicet.Gallicanam. Citramontanus vero Rector pro primo anno rectoratus eligatur de natione Romanorum.

¶ Pro secundo de natione Tuscorum.Pro anno tertio de natione Lombardorum.Quarto de natione Romanorum: & deinceps vicisim vt supra.Quod si de natione vel nationibus:quæ debẽt habere

Rectorem

Rectorem non fuerit repertus ydoneus & acceptans:tunc de toto corpore vniuersitatis illius cui tunc prouidendum est possit eligi Rector. tamen secundum formam traditam infra in statuto quod incipit. Facta electione,quod est sextum capitulum in fine.Nec minus intelligatur annus ille fuisse nationis vel nationum.cui vel quibus tunc rectoria debeatur in sequentibus tamen terminis per id non prę iudicetur eisdem. ¶ Item non præiudicetur per id nationi vel nationibus de qua vel quibus fuit tunc in subsidium Rector assumptus.quo minus de illis suis annis Rector eligatur ac si tunc de natione cui debebatur fuisset electus.

¶ Qualiter fieri debeat electio Rectorum.

ELectio Rectorum fiat per cedulas in aliqua casicula siue pixide positas.q vbivniuersitas congregari solet,vel in alio loco arbitrio Rectoris & consiliariorum seu maioris partis eorum,eligendo sedeat vnus sacerdos fratrũ prędicatorum,qui die illa missam celebrauerit posita ante se tabula super qua sit charta alba bombicina,cum pugillari,calamo,& sorbicibus,ac libro euangeliorum.omnibus prædictis electoribus distantibus.Ita vt per nullum sciri possit quodq; votum, quæ distãtia per Rectores præfiniri debeat. quam nullus audeat vel præsumat transcendere pœna decem librarum bonoñ, Rectoribus seu rectori & quilibet alij nostræ vniuersitatis,vice qualibet qua per eos vel ipsorum aliquem contrafactum fuerit imminente.Et quilibet eligentium vocatus per notarium & in eius defectu per generalem bidellũ gradatim & successiue corporaliter sacrosanctis tactis scripturis iurabit in manibus ipsius sacerdotis,q remotis,Amore,timore,odio,preclbus,ac omni munere videlicet pecuniæ,humanæ gratię,laudis,obsequij,fauoris,& aliorum quę possunt per aliquem agitari cum bona fide,sine fraude,bonos pro viribus Rectores eligent.qui sint scolares nostræ vniuersitatis,vita & moribus,graues, honesti,discreti,quieti,& iusti,& pro bono communi vniuersitatis magis existant commendandi. ¶ Item sint clerici non coniugati habitum deferentes clericalem, ac nullius religionis appareant.qui ad minus quinq; annis iura studuerint in studijs generalibus,& suis sumptibus propriis continuo vixerint,& vigesimumquintum annum suæ ætatis attigerint.Quo iuramento prestito votũ suum propria manu in ipsa charta scribat in qua tantum nomen eligendi contineatur,ipsamq; scindat & in manibus sacerdotis consignet.Dictusq; sacerdos discusso per eum q vnica tantũ cedula fuerit absq; alio signo in ipsa cedula existente,in eiusdem electoris præsentia in capsicula seu pixide recõdat,exceptis rectoribus,qui possint duas cedulas scribere.Nec alius elector ad locum accedat nisi qui prius vocatus fuerit votum suum scripserit,& per dictum sacerdotem cedula recondita fuerit. Quod si cedula vacua reperiatur , vel aliquod signum inuentum fuerit , prædicta cedula nullius sit effectus, nec ad scribendum quisquam admittatur & ille fungatur rectoratus honore,qui nominatus in pluribus cedulis reperitur,etiam si in vna tantum voce vel cedula quemlibet alium nominatũ excedat,nec ad cumulum eligentium seu numerum,sed ad pluralitatem cedularum,vel vocum respici volumus. Nec obstare alicuius electorum absentiam,ex quo solemnis ad hoc proclamatio & vocatio facta fuerit,dum tamen due partes ipsorum cum suis adiunctis interuenerint. ¶ Quod si voces vel cedulæ maioris numeri in duos vel plures pari numero discordarent,iterato fiat electio illorũ duorum vel plurium,& ille fit Rector,quem plures electores in suis cedulis designabunt.Quod si etiam secundo paritas inueniatur in vocibus,illi in quos scrutinij paritas inuenitur , per Rectorem in vniuersitate statim debeant scriptinuari,& qui plures scolarium vniuersitatis habuerit voces, ille non obstante aliqua exceptione sit Rector.& donec per dictos modos cõstiterit,quis electorum habeat plures voces,antiqui Rectoris non vacet officium.Item non vacet donec electionem publice acceptet.Quod tamen intelligi volumus secnndum moderationem statuti sub titulo.Ad quid Rectores specialiter teneantur. Sed si post electionem aliquis opponere velit electum non esse clericum,vel esse,sed coniugatum,vel esse professum ante acceptionem publice factam,talis exceptio opponatur infra quinq; dies numerandos à die publicationis factæ per scolas secundum formam statuti infra in titulo de excusationibus electi, & si infra prædictos quinq; dies rectoris copiam habere non possit,coram quo proponat, protestetur apud acta nostræ vniuersitatis coram duobus saltem testibus,quas exceptiones postea probare teneatur coram Rectore alterius vniuersitatis & suis consiliarijs infra quatuor dies numerandos à die propositæ exceptionis seu facte protestationis,si copiam Rectoris habuerit; Alias à die ex quo copiam rectoris habere potuerit post præscriptum diem nec ipse nec alius audiatur, & qui in contrarium quoquomodo fecerint,vel in probatione defecerint pœnam decem librarum bonoñ.incurrant. ¶ Si autẽ infra dictum tempus fuerit legitima exceptio probata, ipse Rector cum suis consiliarijs prædictis infra duos dies sequentes pronunciet & immediate conuocet in sequenti die vniuersitatem procreando Rectorem denouo,& procedatur ad electionem supradictam statutorum forma seruata. ¶ Item statuimus q si ordo prædictus depositionis cedularum in cassetula vel pixide fuerit prætermissus electio inde secuta nullam obtineat firmitatem ,immo sit irrita ipso iure.Addentes q nullus eligentium cedulã sibi per aliquem oblatam in cassetula vel pixide ponendam suscipiat.Sed propria manu conscriptam porrigat.Aliter facientibus pœna decem librarum imminente.

¶ De excusatione electi & per quem publicetur electio Rectoris & de subuen tione Rectoris fienda, vel non. Rubrica.

FActa electione Rectoris, electus nisi alius fuerit Rector suo nomine, non autem alterius substitutus renunciare non possit, cuiuscunq; priuilegij seu immunitatis prętextu. Audiatur tamen proponens exceptiones, & siquidem proponat q̄ insufficiens est in facultatibus tunc seruetur statutum sequens. Sed si aliam rationabilem excusationem proponat, si per Rectorē cum maiori parte consiliariorum fuerit approbata, teneatur coram ipsis de ipsius veritate iurare, q̄ si nō fecerit, nec Rectoratus officium acceptandum duxerit infra tres dies saltim, coram Rectore & consiliarijs priuetur omni commodo & honore vniuersitatis. Nec restitui possit nisi centum lib. bonoñ. soluat vtriq; vniuersitati pariter applicandas. ¶ Tenearur autem Rector antiquus habito prius consilio & consensu suorum consiliariorum, siue eorum maioris parris sub pœna periurij ipsum priuare statim elapsis prædictis tribus diebus, & ipsum priuatum per scolas facere nunciari. Post pronunciationem autē factam teneatur idem Rector conuocare vniuersitatem die immediate sequenti, si impedimentum iustum non fuerit pro alio Rectore eligendo. ¶ Vbi autem electus Rector acceptauerit officium rectoratus. Primo coram Rectore & consilsarijs, tunc Rector antiquus assignato sibi competenti termino per eundem Rectorem & consiliarios seu ipsorum maiorem pariem, ad acceptationem publice faciendam & ad præstandum debitum iuramentum secundum formam nostrorum statutorum publica ri faciat per scolas, quomodo talis electus est & acceptauit coram eis. Quod si Rector fraude vel alia causa non mandauerit nunciari, pœnam quinquaginta lib. bonoñ. incurrat, & tunc teneatur hoc facere, notarius, q̄ si non fecerit puniatur pœna decem lib. Et tunc ipse idem electus teneatur nunciari alteri rectori, qui ipsum facere publicari teneatur & debeat. Et rector alterius vniuersitatis talem electū sic vt præmittitur per notarium vel antedictum Rectorem publicatum & nominatum habere debeat pro Rectore & ipsum ad actus officij admittere. ¶ Insuper statuimus q̄ solutiones fieri consuete, tā per massarios nostræ vniuersitatis, quàm per scolares in subsidium pro expeñ. Rectoris, vt hactenus est seruatum, nullo modo de cetero fiant, immo si petitæ fuerint per electum siue per eligendum siue per quencunq; altum, & concessę sibi fuerint, penitus decernimus talem concessionem non tenere, etiam si vna vniuersitas suo Rectori concesserit etiam per modum statuti, nisi vtraq; legitime concordata & nemine discordante concesse fuerint. ¶ Legitime autem congregatam vniuersitatem intelligimus in hoc casu si cum consilio consiliariorum & duabus partibus ibidem præsentium consentientibus ad hoc fuerit conuocata Et si contra vel præter hanc formam concedantur. Et predictus Rector exegerit aliquid, vel etiam sponte sibi solutum fuerit, vltra pœnam periurij, puniatur in duplo eius quod receperit ¶ Saluo q̄ si necessitas temporis immineat ita q̄ scolares eligendi ad rectoratus officium non inueniantur sufficientes in facultatibus. ¶ De qua sufficientia vel insufficientia stari præcipimus arbitrio Rectoris illius vniuersitatis de cuius Rectore eligendo tractatur, nec non consiliariorū suorum & octo scolarium de vniuersitate eligendi vel electi, qui sint de antiquioribus. Qui Rector cū prædictis consiliarijs & scolaribus secreto loco conueniant & omnibus alijs exclusis exclusis notario quem ibidem præsentem esse volumus, nisi aliqui forsan peterent ipsum eijciendum donec fiat scrutinium. Et primo à consiliarijs & illis octo scolaribus exigant iuramentum. Qui iurabunt hac forma videlicet q̄ non odio non amore non precio nec precibus per quencunq; eis oblatis dicent veritatē super facto ab eis quærendo videlicet an talis sit ydoneus &c. Et discusso inter eos de sufficientia & insufficientia facultatum illius. Siquidem determinatum fuerit illum sufficientem in facultatibus compellatur acceptare secundum formam supra, in hoc eodem statuto contentam. Si autem non fuerit repertus idoneus in facultatibus, dum tamen in tali seu de tali officio sufficiens reperiatur, tunc Rector prædictus vna cum prædictis statuere vel ordinare possit in subsidium expeñ. Rectoris eligendi vel electi hoc casu prout eis videbitur expedire. ¶ Vt autem super prædictis dubitatio vel altercatio non oriatur statuimus q̄ vbi aderit tempus electionis rectoris. Primo discutiatur illa natio de qua illo anno eligi debet Rector. Et si in illa reperiatur non idoneus facultatibus licet alias discretus morigeratus & pro communi bono commendandus existat. Non tamen volumus ea quæ dicta sunt supra in versicu lo. Saluo &c. habere locum Immo volumus q̄ secundo requiratur natio sequens, de qua sequenti anno deberet eligi rector. Et si ibi reperiatur idoneus illis idoneitatibus omnibus de quibus premisimus ille eligatur, alias non. Sed requiratur postea tertia natio. alias tota vniuersitas cui prouideri debet de Rectore, & si de ea reperiatur idoneus in omnibus ille eligatur. ¶ Vbi autem in aliqua trium non reperiatur nationū idoneus facultatibus vt præmittitur reperiatur tamen morigeratus, & tūc pro bono communi commendandus existat. Tunc habere volumus statutum istud locum in prælibato versiculo. Saluc &c. Et præponi debere illam nationem de qua eligi debet rector illo anno. ¶ Et si in illa nō reperiatur idoneus ætate vel moribus tunc eligatur de sequenti natione & si de illa nullus reperiatur eligatur de tertia. Vltimo consulatur vniuersitati pro vt melius poterit. ¶ Volumus autem præsumi contra illum qui probatus fuerit rogasse scolarem vel scolares pro aliqua subuentione sibi fienda. Et si aliquid habuerit puniatur pœna supra in hoc statuto contenta & per ibidem contentos exigenda.

De forma

¶ De forma iuramenti Rectorum. Rubrica.

GRadum rectoratus acceptans, statim post quàm acceptauerit sub hac forma corporale subeat sacramentum, scilicet q̄ est scolaris nostræ vniuersitatis & clericus, non coniugatus nec professus alicuius religionis, & q̄ pro posse procurabit quæ pertinent ad bonum statum studij & vniuersitati. scolarium iuristarum bonoñ. commorantium. ¶ Item iurabit statuta facta & fienda & pręcipue nouum statutum de modo partiti, & quæ in illo continentur, & ordinamenta quæ per vniuersitatem ipsam sint & fuerint approbata, & iurata & obseruare, & facere à suis scolaribus obseruari & manutenere, & defendere, & iurabit insuper, procurare fideliter & sine fraude q̄ sibi tempore statuto successor idoneus eligatur. Quod si non fecerit, seruari debeat statutum positum infra. Ad quid specialiter teneantur Rectores. Quod statutum iubemus ipsos Rectores videre specialiter atque legere.
¶ Et iurabit, post finem sui regiminis per mensem integrū bonoñ. stare, permanere, & stare iuri prout contra eum inuentum fuerit, & super pœnis soluendis suis successoribus obedire. Vel si eos aut alterum ipsorum recedere oportuerit ex aliqua iusta causa dimittet quilibet eorum duos idoneos successores coram Rectoribus nouis & illis quatuor electis ad sindicatum. Qui fideiussores promittent pro eis iudicatum solui sub iuratoria cautione, vel coram Rectoribus & cōsiliarijs scilicet ante electionem dictorum quatuor, Item iurabit, q̄ si suo durante officio, se infra mensem vel vltra mensem, vel absq; spe reuersionis oportuerit absentare, idoneam & sufficientem cautionem dimittet de omni ratione reddenda & de omni damno & interesse resartiēdis etiam si dicta cautio ab eis nō fuerit petita.
¶ Hoc autem statutum totum vsq; ad finem tempore iuramenti dicti Rectoris volumus per notariū nostrum legi non obstante aliqua prohibitione sibi facta sub pœna decem lib. bonoñ. vtriusque vniuersitati pariter applicanda.

¶ De habitu & statu Rectorum & eorum familiæ & eorumdem Rectorum incessu. Rubrica.

HOc præsenti statuto decernimus & ordinamus q̄ Rectores non possint aliam pellem quam variam deferre in capite, immo teneantur sub pœna periurij, in hyeme cum publice incedūt per ciuitatem, Capuceum deferre foderatum pelle de Vario. Concedimus tamē sibi facultatē deferendi capuceum simplex, id est non foderatum pelle de vario. Non tamen super eo portet birretum vt moris aliorum fuit, quod sit foderatum pelle de vario. Vel alias vt vulgariter dicitur de cosis de vario. ¶ In estate autem portare debeant capuceum foderatum de Sindone vel de vario prout eis placuerit. ¶ Item teneātur portare cum publice incedunt cappam seu tabardum pe panno statuti siue alterius panni, coloris tamen nigri, à duobus lateribus clausam, ac etiam maspilatam, seu fibulatam, interius circa collum, siue estas fuerit siue hyems. Volumus autem q̄ in quibuscunq; actibus vniuersitatis siue scolaribus, aliquis non possit præcedere Rectorem. Et possit publice arma portare suo durante officio ¶ Volumus, & priuilegiamus familiares Rectorum posse portare arma ipsorum Rectorū durante officio die noctuq; cum lumine & sine lumine, cum bulleto tamen ipsorum Rectorum. Item duos domicellos vna veste quo ad colorem indutos habere teneantur. Et si non habuerint, vt præfertur, vltra periurium, viginti librarum boñ. pœnam vniuersitati vtriq; applicandarum incurrant, per sindicos exigendam:

¶ De immunitate rectorū & quot exiuere possint.

DIgnum & congruum arbitrantes q̄ Rectores qui diutinas curas & grauia onera pro communi vtilitate doctorum & scolarium vtriusq; vniuersitatis bonoñ. supportauerint, ab eisdem doctoribus & scolaribus merito beneficijs amplioribus honorentur, ac etiam releuentur. Quibus sic repremiatis vniuersitas nostra viris dignissimis ac laudabilibus ad rectoratus officium assumendis, carere non possit, ¶ Idcirco statuimus & ordinamus, q̄ si aliquis ex præfatis Rectoribus eius officio rectoratus durante, maluerit priuatam siue publicam licentiam assumere, nō obligetur aliquid dare vel soluere bidellis generalibus, specialibus, doctoribus ipsum præsentantibus. Archidiacono vero & alijs doctoribus collegij vt quilibet alius soluere teneatur. QIàm immunitatem locum habere volumus si iurauerit ac etiam i donec cauerit consiliarijs sui rectoratus officium vsq; ad finem anni per se laudabiliter consumare, alias habeatur pro non scripta. Nec contra formam istam siue conditionem vllatenus possit per vniuersitatem dispensari. ¶ Item habeant exemptionem perpetuam rectores finito etiam officio per quam non solum à sacramenti præstatione successiue sint immunes, nec statutis aliquibus sint astricti: nec specialibus mandatis. Nisi de eis rectoribus in aliquo statuto fiat mentio expresse. Et hanc exemptionem habeant siue finito eorum officio vt scolares in studio permanserint siue vt doctores steterint vel assumpti fuerint. Sed etiam post depositum officium aliorum iure regantur in hospicijs conducendis & alijs priuilegijs gaudeant. ¶ Et nullus rector vel eorum substitutus gaudere possit priuilegijs rectoribus concessis nisi per sex menses continuos personaliter rectoratus officiū exercuerit. Et si rector ipse alias præter officium rectoratus non erat exemptus in fine sui regiminis vniuer

sitate communi quæ congregatur pro sindicis eligendis vnum de sua vniuersitate posit eximere: cuius exemptio durat anno tantum. Quod si tunc non fecerit vlterius id facere: vel si fecerit id mutare nō posit. Si vero vel præter officium: rector erat exemptus in eadem vniuersitate posit eximere duos ambos ad annum. Prohibentes, vt quis Rector in fine sui regiminis, vel ante per se vel alium de aliquo nominato, vel non vltra prędictum numerum ex merito ad vniuersitatem gratiam audeat postulare. Quod si fecerit pœnam decem librarum bonoñ. exoluat: & exemptio si facta fuerit nullius penitus sit momenti.

¶ De iurisdictione Rectorum, & quibus diebus sedere teneantur.

IVrisdictionem ordinariam Rectores habeant in scolares in causis ciuilibus, cum agitur corā eis data licentia cognoscēdi summarie, de plano, sine strepitu & figura iudicij sola veritate facti inspecta, quæ veritas debeat apparere per acta. ¶ Et causas quinq; librarum bouoñ. & infra teneātur diffinire infra spacium quindecim dierum. Causas vero decem librarum à quinq; supra teneantur diffinire infra viginti dies. ¶ De decem supra vsq; ad quantitatem quindecim ducatorū infra quindecim dies. ¶ Ab illa quantitate supra teneantur infra duos menses omnino expedire. ¶ Quos dies & menses volumus esse continuos & prædicta non vendicent sibi locum à Dominica palmarum vsq; ad octauam pasche, & à festo sancti Thome vsq; ad festum Circūcisionis. ¶ Et si vltra dictos terminos processerint acta ipso iure non valeant, & parti lesæ ex petitione instātiæ teneantur Rectores de suo expensas & dāna resartire. ¶ Et hoc nisi de voluntate vtriusq; partis & Rectoris fuerit aliquis terminus prædictorū prorogatus. ¶ Prædicta volumus locum habere siue scolaris agat contra scolarem, siue econuerso nō scolaris cōtra scolarem. Caueāt tamen sibi scolares ne lites capiāt contra scolarem aliquem iure cessionis: aut alio modo pro non scolari: nec auxilium vel consilium dare debeāt sub pœna viginti librarū Bouoñ. necnon cōmodi & honoris nostrę vniuersitatis: nisi quatenus suam vel suorum prosequeretur causam. Quam pœnam incurrat præfatus scolaris agens contra scolarem pro non scolari etiam sola citatione in iudicium facta. Eadem pœna puniatur doctor qui contra scolarem pro non scolari, consiliū vel auxilium dederit, nisi alius talis gauderet priuilegio nostræ vniuersitatis. ¶ Et sint prædicti Rectores tardissimi in priuando. Nec tamen priuare possint siue priuatum vel periurium declarare prædictis casibus, siue alijs quibuscunq;, nisi interueniente consensu maioris partis consiliariorum. Ac etiā parte citata. & in suis defensionibus audita. Et possint si necesitas exigat in causa scolarium procedere quolibet tempore feriarum, in honores Dei tamen non introductarum.

¶ Nec possint scolares etiam exempti Rectorum iudicio declinare. Si tamen iuret scolaris se Rectorē ex certa causa quam extimet, & declaret, habere suspectum, Rector alius adiungatur, vel qui recusatur causam personæ deleget non suspecte. Non scolaris autem si in causa scolaris dicat se Rectorem habere suspectum suspitionis causam audiat & infra triduū diffiniat alter rector, qua probata ipse principalem causam cognoscat. Alias ipsa non probata: ad recusatum remittat illam causam. ¶ Nec possit scolaris vel priuilegio scolarium gaudens conueniri à non scolare coram alio iudice quam Rectore, ni si forsan voluntate conueniret coram Episcopo vel doctore. ¶ Coram iudicibus autem cōmunis Bonoñ. aut coram regiminibus quibuscunq: dictæ ciuitatis, scolarem etiam sola citatione cōueniens, pœnam decem librarum bonoñ. incurrant ipso iure suę, vniuersitati applicandarum. Et si legitime monitus per Rectorem suum non destiterit, Vniuersitatis commodo priuari possit & causam perdat ipso iure. Ipse autem scolaris contrahens cum ciue, aut alio priuilegio, scolarium non gaudente pacto vel quauis exrra iudiciali conuentione in contra, vel quasi oppositis quandocunq; non valeat aut audeat iurisdictionem sui Rectoris declinare tacite vel expresse. In iudicio autem conuentus sub quouis iudice etiam suo Episcopo vel doctore prædictam sui Rectoris iurisdictionem declinare non possit, litem contestando, exceptionem vel exceptiones opponendo aut tacite quouismodo. Expresse autem in iudicio tātum cōuentus vt dictum est, siverbo tetletur se velle coram illo coram quo cōuenitur iudic. cō ueniri possit & valeat sub illo distringi. Siquid autē cōtra ꝓpicta vel aliqua prædictorū cōtingerit attēptari, processus vel iudicium, ipso iure sint nulli. ¶ Et si vltramontanus cum citramontano vel econtra litiget coram Rectore: Rector quantum potest nitatur ad concordiam: & non ad litem. ¶ Rectoris autem causam cum scolari vel alio quocunq; audiat & diffiniat alter Rector. ¶ Item Rectorum iniuriam sibi per scolarem aut alium quencunque realiter vel verbaliter illatam vindicet alter Rector.

Quod si vtriq; Rectori talis inferatur iniuria teneantur ipsi Rectores infra biduum illam vniuersitati referre: & sua deliberatione ipsam vindicet vniuersitas pro vt circunstantia facti suaserit. ¶ Et si (quod absit) contingat causam siue quæstionem versari inter vnum Rectorem, & alium quouismodo, quauis de causa cognoscant de causa ipsa & lite, Octo uiri prudentes. Quorum quatuor sint ultramontani quatuor uero citramōtani eligendi per omnes consiliarios siue eorum maiorem partem, qui octo possint eligi etiam de consiliarijs & ab ipsis causa talis fine debito terminetur, Salua tamen forma statuti positi infra sub rubrica de pœnis in iuriantium Rectoribus & scolaribus &c. ¶ Item statuimus ꝙ rectorum uel rectoris citationibus & conuentionibus & iudiciorum medijs & sententijs & concordijs necesse habeant parere scolares & quicunq; nostræ uniuersitatis iuratus ad seruanda statuta, nec ab eis aliquatenus

aliquatenus possint appellare. Sed infra triduum supplicare vel querelari possit coram consiliarijs illius vniuersitatis de qua erit lesus vel coram ipsorum maiori parte. Quas suplicationes siue querelas dicti domini consiliarij determinasse debeant infra quinq; dies per se vel alios quibus causam duxerint delegandam sub pœna præstiti iuramenti si comode poterunt: alias infra decem dies: qua non decisa infra dictum terminum. Sententia Rectoris, à qua fuerat supplicatum vel querelatum firma illesaq; permaneat. Et consiliarij ipsi qui negligentes fuerunt vltra periurium faciant litē suam. ¶ Volumus etiam ꝙ ab ipsorum consilfariorum sententia nullatenus possit appellari vel querelari sed bene possit dici nulla, ea forma qua diximus in sententia Rectoris. Possint tamen nullæ dici infra sex dies computandos à die latæ sentētiæ. & de tali nullitate cognoscat alter Rector cum consiliarijs duobus vltramontanis & duobus citramontanis eligendis per alios consiliarios non tamen suspectis alicui parti.

De cuius suspectionis causa si allegetur cognoscat & pronunciet ipse alter Rector, ad quem deuolnta fuerit iurisdictio infra tridnum. ¶ Volumus autem ꝙ cognitio dictæ causæ nullitat. fiat & terminetur infra quindecim dies continuos. Tempus autem quod dari debeat cōdemnatis relinquamus arbitrio Rectorum vt secundum qualitatem negocij & quantitatem de qua agitur arbitrentur & ipsi Rectores per se cognoscant nec delegent dictas causas, nisi in casu præscripto: vel cum de partium extiterit volūtate. ¶ Quod si quæstio vertitur inter scolarem & scriptorem vel alium qui gaudet priuilegio scolariū pro solutione operis. vel alia causa: credatur sacramento scolaris vsq; ad quantitatem viginti solido. bonoñ. quod si scolaris voluerit ꝙ scriptor iuret, vel alius quilibet cum eo quæstionem habens iurare teneatur, si hoc Rectori visum fuerit expedire.

¶ Teneantur autem Rectores ter in septimana non solemni. ſin die lune, in die mercurij, & in die veneris in tertijs in statione generali personaliter, vel si legitime fuerint impediti. Per suos vicarios pro tribunali sedere. Quod si diebus prædictis festum occurrat, illius loco sequens non feriata succedat.

¶ Ad quid Rectores specialiter teneantur.

KAritatis honestum actum reducentes statuimus ꝙ vnius vniuersitatis Rector alterius vniuersitatis Rectorem nouiter electum ad domum associet cum sua vniuersitate more solito & cū tubis. ¶ Item teneantur noui Rectores infra primum mensem omnia legisse statuta. Teneantur etiā adire quemlibet nouum potestatem & capitaneum communis bonoñ. infra tertiū diem post inchoatum ipsorum potestatis & capitanei officium, & ab eis sacramentum exigere prout fuit hactenus obseruatum secundum formam traditam infra in titulo de iuramento potestatis. ¶ Item teneautur Rectores facere ꝙ omnes scriptores, miniatores, correctores & minorū repositores atq, rasores librorū, ligatores cartolarij & qui viuunt pro vniuersitate scolarium iurent ꝙ subditi sint rectoribus & vniuersitati & fideliter seruient vnicuiq;. ¶ Teneantur etiam primo secundo & tertio die quibus in principio studij a lectionibus abstinetur conuocare vniuersitatem, & ibi facere legi statuta saltim tertij libri. ¶ Faciant etiam in principio studij per scolas legi statuta, quæ respicinnt doctores & scolares. ¶ Teneantur etiam ne in suis matriculis pro scolaribus describant eos, qui in iure nòn studeut, vel qui non intrant, nisi iusta causa abstineant, approbata per Rectorem & maiorem partem cōsiliariorum, cuius vniuersitatis scolaris existit. ¶ Teneantur etiam facere ad petitionem scolaris legi statutum per scolas quod legi ipsi scolari notabiliter expedit.

¶ Nec legantur prædicta nisi per notarium vniuersitatis vel ipso impedito per generalem bidellum qui ad mandatum alterius Rectoris tantum altero etiam contradicente illa legere teneatur. ¶ Teneātur etiam Rectores per modum quo decens ipsis videbitur procurare ꝙ campanæ quæ pulsantur ad vsum scolarium pulsentur modo & spacio & tempore condecenti, & maxime circa pulsationem examinis, & repetitionis inuigilent, vt pulsetur hora congrua & spatio temporis congruenti. ¶ Faciant etiam proclamari per scolas de mense aprilis & de mense nouembris per notarium vniuersitatis, vel ipso impedito, per generalem bidellum ꝙ si sit aliquis qui velit aliquid dicere vel opponere contra aliquem officialem vniuersitatis, offerat dominis Rectoribus & consiliarijs vniuersitatis. ¶ Teneantur etiam Rectores post Kal. nouembris sollicite procurare ꝙ doctorum salaria habeantur, ꝙ si Kal. Martij non fuerint persoluta singulis septimanis saltim, suos consiliarios conuocare teneantur, & cum eis deliberare modos & vias salarij habendi, ꝙ si Kal Iunij non fuerint persoluta, ex tūc Rectores cū consiliarijs circa hoc omnem vniuersitatis habeant potestatem, & sine ipsius requisitione possint ipsi vel ipsorum pars maior omnia quæ vniuersitas ipsa posset, Sed studium non possint suspendere, poterit tamen congregari uniuersitas propter hoc ad rogamen salariorum. ¶ Teneantur etiam ipsi Rectores pecuniarias pœnas in quas doctores scolares uel uniuersitatis commodo gaudentes inciderint infra unum mensem exigere. Et teneatur quilibet nisi sit Episcopus uel maiori dignitate uel officio constitutus, qui scit aliquam pœnam commissam neglectam vel non exactam denunciare Rectori, qui rector teneatur exigere pœnam eandem alias ad tantundem per sindicos in fine sui regiminis condemnetur, ne de remittendis pœnis prædictis possint inter consiliarios vel in vniuersitate proponi. Medietas autem pœnarum sit vtriusq; vniuersitatis, & reliqua medietas vtriusq; Rectoris. Nec possint Rectores re

mittere partem, introitus ciuitatis quæ à bononiensibus proueniunt sint vtriq; vniuersitati communes. ¶ Teneatur etiam vnus rector ad requisitionem alterius dare suos consiliarios cum illos pro vniuersitate postulat congregando. Et si rector requisitus dare noluerit, tunc requisitis duobus consiliarijs illius vniuersitatis per alterum rectorem possit ipse consiliarios vtriusque vniuersitatis congregare & iubente vno Rectore cum maiori parte consiliariorum vniuersitatis cuiusque teneatur bidellus generalis conuocare vniuersitatem etiam si rectoralius & pars minor consiliariorum contradicat, alias præter casus in statutis expressos vniuersitas congregari non possit nisi prius de ipsa cõuocanda inter consiliarios sit firmatum. Ad formam vero partiti in vniuersitate ponendi deliberandã confirmatur q vniuersitas congregetur tunc priusquam ad alia diuertant per Rectorem & consiliarios vltramontanos eligentur duo de consiliaria vltramontana & alij duo de citramontanis per suum Rectorem & consiliarios qui omnes vniuersitati debeant interesse & omni modo secũdum illam formam ponatur partitus, in vniuersitate. De qua post data consilia per Rectorem & dictos quatuor vel ipsorum partem maiorem fuerit ordinatum. Et prædicta forma non seruata partitus in vniuersitate positus sit ipso iure nullus. Et quando diebus quibus à lectionibus cessatur vniuersitas de mane fuerit conuocanda, si verisimiliter quod imminet expediri posset ante tertiam in medijs tertijs inchoando ad ipsam horam mediæ tertiæ vniuersitas conuocetur sub districto præcepto conueniant illa hora & prouideatur q vna hora campana pulsetur.

¶ Si vero quod agendum inueniretur verisimiliter illa hora expediri non posse in missa qua scolas intratur conuocatio fieri possit & præcise illa hora scolares conueniant. ¶ Teneantur etiam Rectores dum vniuersitas erit congregata in proponendis negocijs in eadem seruare & seruari facere formam traditam in quodam statuto posito infra sub rubrica siue sub titulo Quod nihil possit in vniuersitate proponi, nisi id pro quo fuerit vniuersitas congregata, quod quidem statutum incipit Statuimus q si vniuersitas &c. Item audire teneantur vnumquemq; pro discussione partiti aliquid proponere vel arengare priusquam ad fabulas perueniatur. Possint tamen Rectores nimium prolixis silentium impone in sermone. ¶ Inquirant etiam Rectores quater in anno simpliciter & de plano an vniuersitatis Capella in burgo Sancti Mamæ sita officietur vt debet secundum formam priuilegij siue institutionis dicte ecclesiæ positi in cassa vniuersitatis, q si non fiat corrigi procurent. Episcopo vel eius vicario nunciando & modo quolibet alio congruenti. ¶ Et prouidemus etiam q Rectores antiqui infra decem dies post depositum officium Rectoribus nouis teneantur & debeant consignare res vniuersitatis singulas, quæ apud predicatores in cassa vniuersitatis existant. Et deinceps de illis fiat inuentarium per notarium vniuersitatis nostre descriptum, quas demum suis successoribus debeant assignare secundũ inuentarij ipsius formam, & prædictus Rector antiquus facere omitens prædicta pœnam viginti lib. bon̄. vtriq; vniuersitati applicandam incurrat per nouos Rectores & sindicos exigendam. Et si in assignatione defecerint per eosdẽ debita pœna puniarur. Nec alio modo in sindicatu suo possit absolui. ¶ Volumus etiam q nouus Rector á prædicto antiquo Rectore predictas res sibi assignari petat & de eis inuentarium confici faciat tam de rebus præsentibus quàm futuris infra viginti dies à die introitus sui officij sub pœna. x. lib. bonon̄. applicanda vt supra. ¶ Teneantur etiam Rectores cum procedere debent ad electiones suorum successorum, secundum modum & formam & in tempore sibi dato supra in titulo quando debeant eligi Rectores, per quindecim dies ante diem electionis fiendæ conuocare consiliarios, & petere ab eis, si aliquis ex eis cognoscat aliquem idoneum ad rectoratus officium qui sit idoneus etiam quo ad facultatem & admonere q cogitare debeant vt bonus successor eligatur. ¶ Item teneantur eisdem consiliarijs notificare nationes de quibus eligendi sunt rectores, & de qua natione primo eligi debeant de qua secundo & de qua tertio. Item q si de prima non reperiatur idoneus, cogitent supra secunda, & sic deinceps. Et si de illa die respondere nescirent, mandet eis vt cogitent illo die & sequenti se præsentent responsuri sub pœna decem solidorũ bonon̄. Quam ipso facto incurrant quicunq; in hoc facto non venerint. Sequenti autem die illas conuocare teneantur Rectores & vltra consiliarios aduocent decem scolares qui ad minus studuerint per quinquennium in isto studio, & ab omnibns petant consilium sanum pro aliquo idoneo successore eligendo qui verisimiliter credatur sufficiens ad acceptandum, & si ad hoc nescient respondere, Dent illis terminum trium dierum vt cogitare possint Postea illo termino finito per duos dies ante electionem iterum vocabunt prædictos consiliarios & illos decem scolares & iterum petant de prædictis ab eis consilium, & si consulatur Rectoribus de aliquo, ille proponatur tempore debito & secundum statuta præsentia. Et si plures nominarentur omnes in vniuersitate proponantur, quibus propositis recedat vniuersitas & remaneat Rector cum consiliarijs & adiunctis & circa merita propositorum tractent & discutiant, quo tractatu habito procedant ad electionem secundum formam debitam, & si contigerit per illos neminem nominari, tunc Rector die electionis statuta nihilominus conuocet vniuersitatem & ibi procedat ad electionem ita & taliter q omnino eligatur aliquis secundum modum & formã eis traditos supra, istud ergo onus incumbat periculo Rectorum vt vel ante diem electionis, vel die electionis sic agatur, q electiones fiant cum effectu. ¶ Rectores autẽ qui dolo & fraude, malicia, culpa vel negligentia successorem non elegerint vel circa electum statuta non seruauerint ipso facto incurrant pœnã quinquaginta

ginta librarum bonon̄. Quam statim vel infra decem dies alter Rector manu militari sub pœna periurij exigere teneatur vtriq; vniuersitati pariter applicandam, & nisi fecerit, vltra pœnam periurij, pœnam prædictam tempore sindicatus sui de suo restituere teneatur. ¶ Ne autem dubitetur infra quãtũ tempus nouus Rector eligi debeat cum effectu. Decernimus q infra mensem, finito autem mense si aliquis non reperiatur acceptasse puniatur antiquus Rector secundum q supra diximus, si dolus vel negligentia possit eis imputari, & ex tunc nullus sub pœna periurij quam ipso facto incurrat illũ habeat seu habere contendat pro Rectore, nisi præfatus Rector finito dicto mense perierit se de nouo eligi vel confirmari, quod si posset fieri statuimus secundum formam capituli tertij ¶ Quod si non fecerit ex tunc iurisdictio illius vniuersitatis cui consuli debet de Rectore veniat & transfusa sit ipso iure ad alterum Rectorem alterius vniuersitatis. Qui Rector quandocunq; requisitus fuerit per scolares illius vniuersitatis qui ad minus sint numero triginta vel per maiorem partem consiliariorum q conuocare debeat vniuersitatem pro nouo Rectore eligendo teneatur sub pœna periurij & priuationis iurisdictionis vtriusq; vniuersitatis, infra duos dies ad plus, nisi festa occurrerint ante. Ita q vniuersitas cõuocari non possit illa de causa. Et si semel requisitus prædicta fecerit & nemo electus fuerit pro illo anno vlterius ad id conuocare vniuersitatem non teneatur, nisi duę partes consiliariorum illius vniuersitatis quæ Rectorem non habet in hoc consenserint & iterato vocetur. Et tunc ad eorum instantiam semel iterato conuenire teneatur & non plus, vbi autem contigerit iurisdictionem vnius vniuersitatis in Rectorem alterius vniuersitatis transfundi statuendo declaramus q illa iurisdictio duret vsque ad aliã electionem fiendam quando occurrerit tempus alterius electionis fiendæ, si scolares illius vniuersitatis vellent habere Rectorem proprium q audiantur & circa electiones semper seruẽtur statuta de eis loquentia. ¶ Teneantur etiam omni modo & via simul adesse in factis communibus. Vbi autem alter Rector nollet in aliquo facto communi interesse per se, vel per substitutum q alter Rector omnimodam & plenariam habeat potestatem. Hoc autem volumus tunc demum locum habere quando aliquid esset fiendum pro obseruatione & executione statutorum nostrorum. Et pro honore Rectoris & vniuersitatis seu scolarium. Non autem in derogatione statutorum vel honoris Rectoris vel alicuius scolaris vel in aliquid permittendo seu concedendo contra statuta nostra. ¶ Teneantur etiam omnimodo & via prouidere q repetens nullo modo uadat inuitando pro sua repetitione vt hactenus fuit in detrimentum scolarium obseruatum. Sed solum fieri permittat vt in scolis, vel ad scolas inuitet. Permittimus tamen q Rectores inuitentur, & illi nobiles qui die quo legitur cedula non intrauerint, & tunc repetens non possit habere in societate sua vltra duos socios. Et hoc iuramentum exigere teneãtur Rectores antequam licentiam dent q eius repetitio publicetur sub pœna periurij & quinq; librarum bonon̄. quæ per omnia ad principia extendimus. ¶ Nullus autem scolaris debeat ipsum repetentem sociare vltra numerum duorum scolarium sub pœna periurij & quadraginta solidorum vtrique vniuersitati applicanda.

¶ De electione mercatorum singulis annis fienda.

VNiuersitatis volentes commodis prouidere, statuimus q Rectores vna cum consiliarijs à principio suj regiminis infra mensem teneantur & debeant eligere sex scolares: tres vltramontanos, & tres citramontanos. Cum quibus sex scolaribus dicti Rectores & consiliarij debeant eligere mercatores pro nostra vniuersitate cum illis conuentionibus pactis & priuilegijs quæ in nostris statutis & priuilegijs continentur. Nec soli Rectores priuilegia mercatoribus concedere possint aliquibus vel aliter quam per prædictam formam aliquos facere mercatores. Ipsi autem mercatores libros quos voluntate debitorum vel ex pacto vendere potuerunt stationibus librorum libros venales exponant, nec alibi vendere possint. ¶ Teneatur autem mercator priusquam vendat librum denunciare scolari, vel suo Rectori q librum luat de qua nunciatione per instrumentum vel testes fiat fides Et post ipsam adhuc scolarem per quindecim dies expectare. Post quos per modum præscriptum licite librum vendat. ¶ Teneãtur autem mercatores ipsi duas partes eius quo liber fuerit extimatus per stationarios, quos ad extimandum Rectores elegerint mutuare scolari vel aliter mutuare debeant quã si primo libri super quibus mutuatur fuerint extimati per stationarios prædictos & de extimatione ipsorum librorum super libris pignorandis appareat scriptum manu alterius dictorum stationariorum sub pœna resignationis librorum pignoratorum & quantitatis mutuatæ. Quod si post extimationem dixerint se nõ habere pecunias vel insistente scolari infra triduum duas partes taxati precij recusauerint mutuare sint priuati mercationis officio & vniuersitatis commodo, à qua priuatione non absoluantur nisi prius vniuersitati pro qualibet vice, qua in hoc incidẽt tres libras bonon̄. persoluãt. Et hoc statutum extendentes ad dictos feneratores qui non habent priuilegia mercatorum. Addentes q dicti mercatores sic electi iurare debeant in manibus Rectorum.

¶De absentatione Rectorum & eorum loco substitutis. Rubrica.

QVoniã nõnullis tẽporibus diuersisq; causis cõtingit inclytos nostros Rectores vel alterũ ex eis, tempore sui officij à studio nostro discedere, accessuri ad alienas partes in graue aliquãdo prę fati studij præiudicium. ¶Idcirco volentes huic casui prouidere duximus taliter statuendum ꝙ si vterq; Rector vel alter ipsorum optauerit de Bononia eiusq; comitatu abscedere, reuersuri tamẽ ad studium infra mensem à die discessus eorum siue alterius ipsorum computandi. Tunc præfati Rectores siue illorum alter sub pœna periurij teneatur & debeat conuocatis coram ipsis vel ipsorum altero consiliarijs suę vniuersitatis causam sui discessus aperire. & obtenta ab eisdem consiliarijs licentia discedendi, arcentur præfati consiliarij ad pœnam talionis & indignationis omnium exigere ab eisdem discedentibus siue ipsorum altero idoneam & sufficientem cautionem de soluendis creditis & de omni damno & interesse resartiendo & de reddenda ratione suę administrationis. Si contigerit prædictũ Rectorem abscedentem infra dictum diem nolle vel non posse reuerti. Et hoc facto dicti Rectores siue ipsorum alter vna cum consiliarijs suę vniuersitatis debeant substituere pro mense tantum vnum vel plures vicerectores de natione discedentis, primo si idoneus quis existat. Si non: de alia seu alijs nationibus suę tantum vniuersitatis prout ipsis videbitur decentius expedire, qui quidem vicerector seu vicerectores iurare teneantur in manibus dictorum consiliariorum de cõseruandis statutis, & de officio legaliter exercẽdo secundũ ꝙ sui prædecessores fecerunt. Et hoc cõpleto & plenarie satisfacto recedat rector cum auxilio dei. Sed si dicto mense transacto Rector discedens nõ reperiatur rediuisse Bononiã prout dixerat, tunc consiliarij vniuersitatis illius Rectoris absentis teneantur sub pœna periurij & priuationis officij quam ipso facto incurrant conuocari facere vniuersitatem illam & coram ea exponãt quæ gesta fuerunt & ipsam vniuersitatem certificare de absentia rectorum siue rectoris, & ex tunc dicta vniuersitas possit sibi prouidere de alio rectore eligendo pro residuo tantum temporis, & infra aliũ mensem duntaxat: alias iurisdictio deuoluatur ad alium Rectorem tunc præsentem: qui pro toto illo anno sit vtriusq; vniuersitatis Rector. Et interim dum vniuersitas illa deliberat de nouo Rectore subrogando consiliarij dictæ vniuersitatis vtantur & fruantur iurisdictione Rectoris.

¶Itẽ statuimus ꝙ in electione noui Rectoris subrogati seruetur illa forma de qua in Capitulo tertio supra ¶Item volumus ꝙ Rector ille absens qui redire promiserat infra mensem post mensem sit officio Rectoratus exutus & ne amplius audiatur vt discat de cætero non mentiri. Et hæc locum habeant quando Rector vult discedere per mensem tantum. Sed & si vterq; vel ipsorum alter voluerit discedere de Bononia & eius comitatu non amplius rediturus vel post mensem rediturus tunc teneatur ipse Rector sub pœna periurij & amissionis sui honoris conuocari facere totam vniuersitatem suam: & coram ea proponat causam sui discessus vt supra. Et obtenta licentia ab ea vel ab eius maiori parte teneatur & debeat dictus Rector vna cum consiliarijs ante quàm recedat eligere quatuor sindicos: duos vltramontanos: & duos citramontanos. & eisdem sindicis idoneè fideiubeant de satisfaciẽdo omnibus & de ratione reddenda vt supra dictum fuit in membro. Et hoc facto teneatur iterum congregare vniuersitatem: & infra triduum eligere alium Rectorem. Qui Rector secundus sit Rector pro residuo anni recedente excluso. Et si infra triduum non potuerit de alio prouidere licentiatus recedat: & ipso absente consiliarij dictæ vniuersitatis teneantur de per se: siue cum alio Rectore præsente conuocari facere dictam vniuersitatem. vt deueniri possit ad nouam electionem. vt sæpius dictum est quam potestatem habeat vniuersitas illa per mensem tantum. Alias deuoluatur iurisdictio sua ad alium Rectorẽ prout superius dictum est. Et si alius rector non sit: tunc sibi prouideat vt videbitur melius expedire: ¶Item statuimus & ordinamus ꝙ si præfati rectores discedere volentes prædicta nõ seruauerint: sint vltra periurij reatum ipso iure priuati commodo & honore nostræ vniuersitatis: & tanquam infames habeantur: non restituendi nisi solutis centum libris bonoñ.

¶De sindicis Rectorum: & aliorum officialium vniuersitatis. Rubrica.

MOdum nouum dantes in Sindicis assumendis Statuimus ꝙ Primo vel Secundo Festo sequẽti electionem & publicam acceptationem Rectorum ad quod saltim altera illarum dierum debeat vniuersitas congregari. in qua congregatione domini Rectores proponere debeant: ꝙ si est aliquis scolaris sciens aliquem bonum & idoneum virum ad sindicandum Rectores antiquos vel alios officiales vniuersitatis debeat eum nominare. De quibus nominatis quatuor sindici eligantur, scilicet duo vltramontani & duo citramontani hac forma, ꝙ duo citramontani eligantur per Rectorem & consiliarios vltramontanos & econtra taliter ꝙ electi Sindici non sint eiusdem nationis cum Rectore tunc pro tempore sindicando. Quorum sindicorum nomina per scolas debeant publicari qui prædicti quatuor coniunctim non diuisim absq; Rectorum pro tunc temporis exercentium vel quorumcunq; doctorum præsentia, præteritos Rectores, ac alios officiales infra mensem condemnare vel absoluere secundum iustitiam teneantur, de pecunia quæ ad eorum manus peruenerit vel aliorum, scitu suo: & de pœnis non exactis secundum ꝙ in statuto continetur sub rubrica de pœnis exigendis per rectores

Rectores in quos tempore sui officij constiterit aliquos incidisse & omni alio quod gesserit suæ administrationis officio: vel gerere debuerunt: de omni dolo: vel euidenti negligentia: ipsos pecuniaria vel alia pœna prout ipsis videbitur condemnando. ¶Item statuimus ꝙ sindici tales eligantur qui saltem sex annis completis iura audiuerint. Et vigintiquinq; annorum in ætate super quo eorum iuramento volumus eis credi tribueñ. eis iurisdictionem & plenariã potestatem. ꝙ possint generaliter & specialiter pro se & suo officio per modum inquisitionis, vel etiam ad denuntiationem vnius vel plurium personarum de omnibus prædictis contra sindicandos inquirere procedere: & causam per sententiam mediante iustitia terminare: adijcientes ꝙ sindici post electionem suam generalem vnius vel plurium absolutionem infra vigintiquatuor dies facere nõ possint. Post vigintiquinq; dies vero infra triginta nullo festo die computato generalem expeditionem ipsius vel ipsorum sindicandorum facere teneantur. Qui triginta dies currere debeant statim post diem publicationis, quæ publicatio fieri debeat die sequenti post eorum acceptationem, quam teneatur facere notarius sub pœna quinq; librarum, & ab ipsorum sindicorum sententia non licet appellare, & si de facto appellauerit ipso facto appellans incurrat pœnam trium librarum bonoñ. & appellatio tanquam fruſtratoria nullius sit momenti. Si tamen Rector antiquus se grauatum asserat vel condemnatum iniuste. Rector sibi hoc petenti consiliarios infra triduum post diem petitionis tradere teneatur. coram quibus possit iniuriam suam declarare: & ipso audito & etiam his quæ noui Rectores & Sindici voluerint allegare, consiliarij absq; Rectoribus id diffiniant vel diffiniendum committant: quibus eis vel ipsorum parti maiori videbitur cõuenire. Et si infra illos triginta dies Rector ex legitima causa per Rectorem & Sindicos vel maiorem partem eorum primitus approbata se voluerit absentare fideiussores idoneos & ad exigendum habiles Rectorum & Sindicorum arbitrio dimittere teneatur. Et idem sit in Massarijs repetitum.

¶Exiget autem condemnationem Rectoris Massarij Rector prius infra mensem. Et si contingat aliquem scolarem: Rectoris officio expirato: ipsos Rectores malicioſe impugnare omne damnum & interesse eisdem satisfacere teneantur, quod Rectorum & prædictorum quatuor infra octo dies termine tur in virtute præstiti iuramenti. Formam autem electionis Sindicorum in huius statuti principio declaratam omnimodo volumus obseruari. Quę si seruata non fuerit quicquid inde vel ob eam vel ex ea secutum fuerit, esse irritum & inane volumus ipso iure. Addentes ad supradicta ꝙ si infra prædictum terminum non absoluerint vel condemnauerint & tempus lapsum fuerit: ꝙ ex tunc prædicti Sindici sint ipso iure absoluti. Et sindicatores ipso iure teneantur. Exigatur autem per Rectorem ab eis omne id quod de iure & secundum formam nostrorum statutorum à prædictis sindicandis exigi poterat. Et ad ipsa exigenda teneantur Rectores sub pœna centum librarum bonoñ, vtriq; vniuersitati applicanda. Vbi autem prædicti sindici probati fuerint absoluisse condemnãdos. vel condemnasse absoluẽdos condemnentur ad interesse partis lęsæ. Et vltra hoc tertiam partem eius quod pro interesse condemnatus erit soluat vtriq; vniuersitati. Rectores autem teneantur hoc inquirere & procedere super hoc cũ requisiti fuerint: contrafacientibus pœna prædicta imminente. ¶Denunciantes autem seu accusantes sindicos audiantur tantum infra mensem numerandum à die latæ sententiæ. ¶Teneantur etiam prædicti sindici mandare sub pœna periurij omnibus scolaribus qui illo anno fuerint matriculati: vel quoquomodo soluerint vniuersitati aliquid: ꝙ veniant ad testificandum quomodo soluerint. ¶Item teneantur ipsi sindici videre & perlegere statutum de massarijs quod inchoatur Sapientibus &c. & illud seruare. Item teneantur petere matriculas à Rectoribus eorum quas debent facere: vt in titulo de Massarijs diximus &c. Et matriculam quam fecit notarius vniuersitatis: vt in illis videre possint quot redditus habuerit vniuersitas illo anno: quas tradere debent ipsis sindicis sub pœna periurij & decem librarum bonoñ. Et nihilominus in hoc casu compelli possint per successores non obstante aliquo priuilegio vel immunitate: quibus in hoc casu duntaxat duximus derogandum. Teneantur etiam petere à bidellis generalibus quot conuentus & examina facta sunt illo anno cum de hoc scripturam facere teneantur, prout in titulo de officio bidelli generalis dicemus. Statuentes ꝙ Rectores aut ipsorum alter: aut etiam alij officiales nostræ vniuersitatis. seu eorum aliquis absolui non possint seu possit: nisi per sindicorum sententiam dispositione: forma ac solemnitate iuris & statutorum nostrorum iuridice obseruatis.

¶De numero consiliariorum: & de nationibus eorum electionibus: excusationibus: & subrogationibus. Rubrica.

NVmerum Consiliariorum terminando: ac etiam consiliarias ipsorũ statuimus ꝙ consiliarij sint numero triginta octo, scilicet decem & nouem vltramontani: & totidem citramontani. De vltramontanis seruetur prout inferius repetitum habetur. De citramontanis vero iuxta modũ infra descriptum, videlicet. ¶Natio Romana habeat octo: Tuscorum sex: & natio Lombardorum quinq;. Quas nationes per consiliarias sic diuidimus, videlicet. Nationes vero sunt decem & septem. Sex Romanorum: sex Tuscorum: & quinq; Lombardorum. ¶Romana continet sub se has nationes. Nationem Romanorum: nationem Abrucj: & terræ laboris: apuliæ & calabriæ marchiæ inferioris: marchię superioris. Item totius insulæ Siciliæ. ¶Natio Tuscorum habet sub se sex nationes: scilicet Florenti-

nam: pisanam:& lucanam: senensem:ducatus rauenatū: & venetorum. Natio lombardorum quinq; nationes cum vocibus contentis sub illis scilicet ianuensium:mediolaneñ.tessolonicam, longobardā: & celestinam. ¶ Natio romanorum habet duas voces:& duos consiliarios cum vocibus contentis in illis:& comprendat Ciuitatem romanam cum suo districtu: & ciuitatem hostieñ. portueñ. albaneñ. & tusculaneñ.quæ sunt tituli episcoporum cardinalium. ¶ Item comprendat Nephasiam.saturineñ. & cuntateñ. Item comprendat totam campaniam:& totam diocesim reatineñ.alteri consiliariæ non assignatam:& dioceses intermedias:scilicet velitrarum:penestrineñ.tiburtineñ.& sabineñ. ¶ Priuilegiamus tamen ciuitatem romanam in hoc,vt vnus ex prædictis duobus consiliarijs semper sit ciuis romanus in casu,in quo reperiatur:alius vero eligatur ad libitum aliorum eligentium & ipsius etiam electi in eadem tamen natione.

¶ Natio abrutij & terræ laboris habeat vnam vocem: & vnum consiliarium: & comprendat se ipsas: & totum comitatum talglacoriæ. Natio apuliæ & calabriæ habeant vnam vocem & vnum consiliariū: & comprendat totam appuliam & calabriam.

¶ Marchia anchonitana inferior habeat vnam vocem & vnum consiliarium, & comprendat totam marchiam: diocesin esculaneñ.vsque ad diocesin senegalieñ.inclusiue.

¶ Marchia superior comprendat diocesim faneñ.diocesin pēsaurieñ.diocesin forosinfronieñ.cali.vrbitaneñ.& diocesin ferretraneñ.Item totam prouinciā massæ: trabariæ cum pertinentijs suis.Item totam prouinciam montis feretri,& habeatvnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Tota insula siciliæ pro indiniso habeat duas voces & duos consiliarios.

¶ Consiliaria florentina comprendat totam diocesin florentinam,& fesulaneñ. Item totam diocesin pistorieñ.& habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Pisana & lucana comprendat totam diocesin pisanam & lucanam. Item massaneñ. Item insulam Corsicæ, Sardiniæ,quæ est de Metropoli pisana.Item & totum residuum Corsicæ,& Sardiniæ alteri consiliariæ non assignatum,& luneñ.præter terras quæ sunt sub Ianuensibus. & habet vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Seneñ.comprendat diocesim senensem.Volaterañ.& grossetañ.Item comprendat Aratineñ.Cortonieñ.Castellañ.& quicquid in natione Tuscorum est de patrimonio sancti Petri & habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Ducatus comprendat totum ducatum Spoletañ.& illam partem patrimonij, quę non est de natione Romana,& habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Rauenеñ.comprendat totam metropolim Raueñ.alterius consiliariæ non assignatam.¦Item comprendat totam diocesim ferrarieñ.& habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Venetorum comprendat totum dominium Venetorum & diocesim Triuisanam Paduanam & totam metropolim aquilegeñ.quæ est de natione Citramontañ.Item diocesis mantuañ.gradeñ. ladreñ. Ragusinen.& antidinen & habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Ianuen.comprendat totam metropolim Ianuen.cum sardineæ Corsicæ,quæ est de metropoli.Ianuen.& Sauonen Albiganen.& Vigintimilien diocesim,& omnes quæ sunt sub dominio Ianuen.& habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Mediolanensis comprendat diocesim mediolanen Pergumen.Brixiensem, Cremon.& Lauden.& Veronen & habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Tesolonica comprendat totam diocesim Placen.Parmen.& mutinen.& diocesim Reginam & habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Longobarda comprendat diocesim nouarien.Vercelen.Papien.Terdon.& Alexādrien. & habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Celestina natio volumus ꝙ merito comprendat Asten.Alben.yporien Aquen.Taurinen.diocesim & quicquid illis coherens esset de natione Citramontan.non assignatum, & habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Quod etiam in superioribus repetitum fore censemus declarando ꝙ in his diuisionibus dioceſum. large sumpta ciuitatis includuntur.Ita tamen ꝙ in locum alicuius ipsarū, quacunq; de causa: & quandocunq; imminet substitutio facienda: non possit fieri de consiliaria illa per modum supra diuisum. Et si de consiliaria vel de natione nulla esset in studio:vel si esset non tamen illi officio cōueniens, iuxta Rectorum antiquorum & suorum consiliariorum:vel maioris partis eorum arbitrium. Tūc Rector cum maiori parte consiliariorum antiquorum,de sufficienti consiliario illi cosiliariæ vel nationi prouideat, dum tamen illi nationi vel consiliariæ non noceat in anno sequenti: si de illa scolaris esset in studio: & si vnus solus esset in studio,ille si posset offerre: & Rector teneatur recipere annis pluribus succesiue: & vbi se non offerret Rector cum compellere posset.

¶ Vbi vero sint de natione vel consiliaria duo vel plures in studio qui fuerint consiliarij vno anno in sequenti consiliarius esse non possit,alius autem nou possit electus hoc officium recusare, cuiuscunq; statusvel professionis existat:nisi rationabilem causam habeat: quam si Rector suus approbet teneatur de ipsius veritate iurare. ¶ Eligatur autem consiliarius Vltramontanus per nationem suam,& cōsiliarius

siliarius citramontanus per nationem suam,vel consiliarios secundum formam electionis Rectorum: & sine procuratione:vel clamore:sed vt magis quiete possit. ¶ Eligatur autem cōsiliarius nationis vel consiliariæ idoneus in moribus in discretione quietus: & magis expediens:& pro bono communi vniuersitatis: & sit vel esse debeat viginti annorum in etate & triennio iura audiuerit. De quo eius stetur iuramento. Et ille tunc sit consiliarius, qui suæ nationi vel consiliariæ plures quàm alius voces habet. Et si paritas esset in vocibus plure gratificet alteri suus Rector. ¶ Consiliarius autem infirmus præsens in studio,vel alias temporaliter impeditus vel se absentans animo redeundi & infra mēsem alium nō possit subrogare,nec Rector subrogatum admittere.Sed ipsius Rector alium scolarē de consensu maioris partis consiliariorum suorum præsentium pro ea vice tantum valeat deputare. Quod si recedat consiliarius animo non redeundi:vel non infra mensem: tunc eius natio vel consiliaria requisita à Rectore alium loco ipsius subroget.Quod si non fecerit tunc Rector cum maiori parte consiliariorum alium substituat quem subrogatum Notarius cum alijs consiliarijc describat:& tunc officium eius inseruetur: qui propter infirmitatem vltra mensem est impeditus officium exercere.

¶ Quod autem diximus supra de consiliarijs Citramontanorum idem intelleximus esse repetitum ꝑ omnia circa consiliarios vltramontanorum: quorum nationes sunt he videlicet.

¶ Gallicana sub qua volumus contineri Ducatum normandiæ, Campaneam. Valosium. Salonia & Briam & habeat vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Regnum portugalliæ & regnum Algalbij cum regis toto dominio:& habeat vnam vocem & vnū consiliarium.

¶ Prouintia prouintiæ habet vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Anglia habet vnam vocem & vnum consiliarium.

¶ Borgondia sub qua contineri volumus Ducatum & comitatum Borgondiæ.Ducatum borbonij & patriam belli loci & diocesis Ludinen.& habeat unam uocem & unum consiliarium.

¶ Sabaudia sub qua contineri uolumus Ducatum Calesij & augustæ & omnes terras ducatus Sabaudiæ alterius consiliariæ non assignatas habeat unam uocem & unum consiliarium.

¶ Vasconia & Aluernia sub qua contineri uolumus quicquid continetur sub ducatu Equitaniæ alteri consiliariæ non assignatum.Ducatum & comitatum aluerniæ.Comitatum Anitien. Comitatumforesij. & Marchiæ lunogmen.cum toto suo territorio: & omnes terras linguæ Occitanę.quę sub regno franciæ continentur alteri consiliarie non assignatas & habet vnum consiliarium & unam uocem.

¶ Bicturia sub qua contineri uolumus Ducatum & totam patriam bicturicen.& comitatum & diocesim pictauien.habeat unam uocem & unum consiliarium.

¶ Turonen.sub qua contineri uolumus ducatum turon.Ducatum Andaganien. Ducatum britanię, comitatum uindocinen.& quicquid continetur sub metropoli turonen.habeat unam uocem & unū consiliarium.

¶ Aragonia & Catalonia.Regnum ualentiæ:& Regnū maioricarum:& quicquid eis coheret habeat duos consiliarios: & duas uoces.

¶ Regnum Nauariæ habeat unam uocem:& unum consiliarium.Cuius defectu tam in uocibus quā in consiliarijs præcedens proxima natio.s.catoloniæ suppleat.

¶ Alamania habet duas uoces & duos consiliarios.

¶ Vngaria habet unam uocem & unum consiliarium.

¶ Polonia habet unum consiliarium & unam uocem.

¶ Boemia habet unum consiliarium & unam uocem.

¶ Flandrenses habeant unum consiliarium: & unam uocem.Et comprendat totam Flandriam.

¶ De iuramento Consiliariorum & eorum sedibus,Rubrica.

OMnes Consiliarij,in sui officij principio,siue sint principales electi siue substituti iurēt suis rectoribus ultra generale sacramentum,ꝙ prius & post ut scolares eis præstare tenetur: ꝙ omni corruptione remota suum officium:& quicquid ratione officij spectabit ad eos, fideliter exercebunt.Vocati per suos Rectores uenient,nisi iustum habeant impedimentum.Statuta quæ ipsorum officium respiciunt bona fide seruabunt.Quod in tractatu consiliariorum secretum erit, indictū nulli pandent,contra formam indicti de his quæ spectant ad eorum officium faciendis, obligationem uel certam & expressam prouisionem alicui non facient. Et ꝙ nominati super consilio à Rectore requisiti respondebunt & dabunt fidele consilium. Et ꝙ si se absentauerint animo trahendi moram extra studium ultra mensem prius de natione uel consiliaria sua alium idoneum cum solennitate statuti supra posita procurabunt.Quod si non fecerint teneantur & debeant Rectores cogere scolares illius nationis seu scolariæ alium consiliarium eligere,suprascripti statuti forma seruata. Item uolumus & ordinamus ꝙ dum uniuersitas congregatur ad aliquid ordinandum uel Rectorem eligendum siue sit cōmunis siue sit singularis dictos consiliarios astare Rectoribus:& in banchis:quæ sēdi Rectorū assistūt, & soli dicti consiliarij sedeāt, nec alij sedere debeant,sub pœna decem solid.bonon. Exceptis his quos

Rectores vocarent. Pœna periuri imminente Rectoribus: qui statutum istud non fecerint seruari, nec seruauerint.

De Tractatu Consiliariorum Rubrica.

PRouidemus in expediendis per consiliarios ad minus duas partes ipsorum adesse debere. s. præsentium in ciuitate dummodo omnes citati fuerint, ꝙ si ad numerum sufficientem aliquis defecerit: tunc loco illius vel illorum Rector cum maiori parte consiliariorum ibidem præsentium, quē vel quos voluerint pro illo actu possint substituere: Iurent tamen præfati substituti priusquam in ipso actu consulant: iuxta formam proxime præcedentis statuti. Valeat autem quod placuerit maiori parti præsentium, nisi aliter in aliquibus casibus specialibus sit prouisum. Si tamen duo ex consiliarijs id petierint: necesse habeant Rectores partitum ponere de omni eo quod tractatum fuerit inter eos. ¶Item vt liberius deponant consiliarij votum suum ad requisitionem duorum consiliariorum parti tum ponant ad ballotas vel fabas: nec tunc valeat aliter expeditum, Consiliarium non venientem possit suus Rector in solidos quinq; bonon. condemnare nisi iuret se vocationem ignorasse: vel fuisse legittime impeditum. Quare statuimus ꝙ in singulis vocationibus consiliariorum Rectores scrutinium facere teneantur aut personaliter: aut per scolas generaliter requirant eos, qui defuerint vt certa hora debeant se excusare. ¶Nullus se immisceat inter consiliarios: qui consiliarius non sit: sub pœna quinque librarum bonon. nec de congregatione exiuerit statim cum monitus fuerit per Rectorem vel maiorem partem consiliariorum. ¶Nec Rectores id patiantur, nisi per Rectorem & maiorem partem consiliariorum ex causa sit vocatus. ¶Addentes ꝙ socij Rectorum nullo modo inter consiliarios admittantur. nec vocem dare possint etiam si alias consiliarij fuerint. Et declarantes ꝙ quotienscunque in statutis nostris de congregatione consiliariorum mentio haberetur de præsentibus in ciuitate intelligi debere. Item statuimus & ordinamus ꝙ quilibet ex consiliarijs possit & valeat sibiq; licitum sit inter consiliarios arengare vel proponere omnia & singula quæ sibi videbuntur, contradictionibus Rectorum non obstantibus.

De superuenientibus per consiliarios & repetitores nunciandis. Rubrica.

QVotiens consiliarius sciuerit aliquem scolarem suæ consiliariæ de nouo venisse infra decē dies nomen illius & cognomen si sciuerit massario illius vniuersitatis, de qua est superueniens, ac etiam suo Rectori tradat in scriptis: & ꝙ puniantur consiliarij non denunciantes scolares de nouo venientes in solidis decem bonon. Et socij domus & repetitores, & rector in sua matricula subilla consiliaria statim ipsum describi faciat: vel describat taliter ꝙ discernatur a iuratis superueniens nō iuratus. Vt autem efficatius hoc fieri possit, quilibet nostræ vniuersitatis scolaris, qui socium de nouo venientem in societate receperit. Consiliario sub cuius consiliaria est ille de nouo receptus, nomen illius cum cognomine siquidem sciuerit infra decem dies sub pœna decem solid. debeat nunciare. Bonon. etiam necnon forenses qui repetitorum tenent officium suos scolares superuenientes teneantur infra illud tempus illorum Rectori & massario nūciare. Nec illud officium exercere possint, nisi prius Rectori se hoc facturos fore nunciauerint. Et per totum mensem nouembris hoc statutum per scolas singulas publicetur.

¶M D X I I I I. KL. IVNII.

CVM sacræ Bononiensis Academiæ Scolastici Vltramontani, Cismontaniq; (nullo penitus suffragantibus votis: discrepante) in Rectorem ac Gymnasiarcham suum optassent, proclamassent constituissent Illustrem. D. Cæsarem Mamphrædum Neapolitanum, pro vtraq, iuristarum vniuersitate. Eumq; pacis Moderatorem Irenarcham peculiari titulo nūcupassent, vtpote pacem, quietudinem, tranquillitatem, expetentes. Is ipse votis desiderioq; eorum satisfacere cupiens, & quàm de se habebant, expectationi respondere, vt primum Rectoratus insignia moderatricesq; insulas obiuit, decursoq; ludicro illo spectaculo celeberrimo medio in foro vrbis, lusu videlicet Hastico, in quo victor constitutum ab eodem ære proprio aurei Brauij præmium reportauit, ad pacem qui etemq; studij ac scolasticorum animum contulit. Vnaq; cum reuerendissimo vrbis moderatore, ac illustri vrbis regimine re discussa: vt pro pacatione studij prædicti: ac vniuersorum in eo scolarium tam artistarum quā iuristarum suorum, seditiones omnes discordię, Simultates, Rixę, intestina odia, perturbationesque, eiusmodi quæ inter eos passim latiusque vagabātur, machinato nonnullorum ambitu, & æmulatione tabifica, qui sese Abbates, Priores, seu Præsidentes, inter scolasticorum ordines, ac nationes gerebant, stirpitus abdicarentur nouaq; pax & otium superinducerentur; Ab sanctissimo D. N. D. Leone. pp. X. apostolicum breue reportauit, quo licet passim publiceq; diuulgato, calchetypis notis presso: vnde quaq; affixo. Nihilominus idem super Illustris Cæsar vt prædicta perpetuo innotescerent, ea hoc in statutorum volumine describenda curauit cui præsens posteraq; ætas ac Gymnasium felsineum omnesq; scolasticorum nationes vt bene de se ipsis benemerito innumeras immortalesq, gratias agent, debebuntq;

debebuntque indesinenter. Quamobrem nemini decætero licitum sit huiusmodi præfecturas inconcessas & abolitas præter bonos mores & quietem studij bonoñ. vsurpare ac sibi assumere contra formam præsentis constitutionis: quæ vim decreti ac statuti habeat: ac perpetuo inuiolabiliter obseruetur: etiam sub excommunicationis pœna & alijs in breui apostolico contentis,

¶Statuimus ꝙ singulis annis circa octauam Septembris præconizetur subsequens proclama connexe post publicationem præconij vulgaris positi supra in quarto libro ante rubricam de pœna non seruantium statuta uniuersitatis. Folijs. 49. &. 50.

ET perche il prefato Reuerendissimo Monsignore Gouernatore: & Magnifici Signori antedetti: hanno di nouo espressamente concluso, & deliberato (de la qual conclusione, & deliberatione vogliono apparerne per la registratione del presente preconio da essere inserto nel volume de gli statuti delle prossime subsequēti vniuersitati come parte, & in ampliatione del precedente gridato proclama annuo da essere publicato) che alli scolari iuristi studenti nello studio di Bologna, & al Magnifico. D. Cesare Mamphredo Napolitano Rettore dignissimo dell'una & laltra vniuersitate de Iuristi in nome suo proprio: & de li scolari: & studenti antedetti, siano con effetto osseruati li statuti, priuilegij, constitutioni, decreti, & immunitati loro, tanto per la iurisditione cosi criminale: come ciuile del prefato Magnifico Rettore. quanto per li priuilegij & prerogatiue de li studenti antedetti. Essortandosi che per essi studenti versauice si voglia obseruare li statuti predetti in tutte quelle parti che concerneno lhonesto & laudabile viuere di quelli. Et cio li faccia obseruare esso Magnifico Rettore per quanto si estende l'authoritate sua: & li habbia a fare matricolare & portare le vesti condecenti allo habito scholastico cioè Toghe ouero vesti honestamente lunghe. Et tale ordinatione li piaccia inserire & descriuere nelli loro statuti ad effetto che perpetuamente sia osseruata.

¶Illustris Cæsaris Mamphrædi Neapolitani. V. V. Iuristarum Rectoris edictum perpetuum singulis annis post suprascriptum præconium proclamandum si opportunum fuerit.

HAuendo il Reuerendissimo Signore Gouernatore & li Illustrissimi Signori Gonfalonero & regenti li prossimi giorni proueduto con loro publico preconio alla reintegratione della iurisditione del Magnifico Cesare Mamphredo Napolitano dell'una & laltra vniuersitate de Iuristi Rettore meritissimo: lungo gia per incuria de predecessori suoi attergata & per altrui occupata: & alla inosseruantia de gli statuti immunitati: & priuilegij scholastici. Per cagione tale: oltra la essortatione in detto preconio inserta: versa vice il memorato Magnifico fa gridare il presente proclama da essere registrato nel volume de gli Statuti di dette vniuersitati. Et in primis se vi è psona che habbi ò sij per hauere controuersia con Scolare Iurista alcuno: cosi criminale: come ciuile, questa tale voglia comparere al Tribunale cōsueto situato nel luoco della vniuersitate di essi Iuristi oue detto Magnifico o per se o per suo vicario si sedera ogni settimana tre fiatei il lunedi: il mercore: & il venere: secondo il tema di essi statuti & li sara fatto debita & sommaria ragione.

¶Anchora che non sij alcuno de gli scolari antedetti che osi ne presuma di declinare iurisditione alcuna ne actiue ne passiue di esso Magnifico cosi criminale come ciuile sotto pena di priuatione del commodo di essa vniuersitate: & si come si contiene in essi statuti. Et il simile sotto la medema pena & priuatione de priuilegij scholastici sij tenuto ogni scholare matricolarsi quando si publicara essa matricolatione: & si come vogliono essi statuti. ¶Anchora si essorta ogni scholare antedetto: & con quella authoritate che vene impensa à esso Magnifico si astringe allo indumento scholastico di toghe procedendo sino alle suffragini di piedi: & tali: almeno & secondo è di costume si di questa felice Academia come di ogni altro Gymnasio Italico sotto priuatione di ogni cōmodo & priuilegio scholastico moderando però il presente editto non hauere luoco se non nelli tempij diuini, la piazza, & le schole. ¶Item che ogni futuro legente nel proximo Rotulo si dara fuori cosi canonista come legista, & humanista, sia tenuto dare principio alle loro letture il giorno immediate subsequente la festiuitate di santo Luca, se non sara feria, alias il giorno prossimo & deinde procedere si come si contiene nella serie de gli statuti di dette vniuersitati, sotto l'ammissione del loro salario.

¶Quod libri etiam possint asportari à forensibus.

NOS Altobellus de Aueroldis gubernator inclitę ciuitatis Bononiæ, de consensu & voluntate magnificorum dominorum Antianorum consulum, & confalonerij iustitiæ istius ciuitatis. Cupientes morē gerere tam magnifico domino Cæsari Mamphredo Neapolitano Rectori meritissimo. V. V. Iuristarum quàm etiam ipsi vniuersitati statuimus & ordinamus ꝙ liceat & licitum sit vnicuiq; tam boñ ciui quàm forensi conducere & conduci facere libros tam impressos quàm manu scriptos cuiuscunq; facultatis, & tam in iure canonico & ciuili, quàm etiam in philosophia medicina, & in

quacunq; alia facultate. Item ꝙ liceat & etiam licitum sit similibus conductoribus, & mercatoribus de his libris in hac ciuitate mercari & mercari facere tam in apothecis publicis quàm etiam in alijs locis priuatis, & ita tenore præsentis statuti ipsis mercatoribus & conductoribus damus & concedimus am plam & liberam facultatem prout supra non obstante alio statuto & alia disspositione in contrarium faciente cum hoc ꝙ tales conductores gabellas consuetas soluere teneantur. Quod quidem statutum per loca consueta ipsius ciuitatis publicari mandauimus. Die 14. Decembris, MDXIIII.

¶ Et ego Baptista filius Ser Vincentij de Benatijs notarij bonon. ciuis Bononię publicus apostolica Imperiali & communis Bononiæ auctoritate notarius, nũc vero notarius almi studij bonoñ. à domino Tiberio de Pandulphis notario dicti studij substitutus vniuersis & singulis has præsentes inspecturis fidem facio & attestor singulis subscriptis me interfuisse in publicam formam redacto consulebatur quieti & tranquillitati ipsorum scolarium. Et omnia suprascripta euenerunt pro cura & diligẽtia magnifici domini Cæsaris Mamphrædi Neapolitani almi studij Iuristarũ bonon. rectoris dignissimi. In fidem ꝙ omnium & singulorum præmissorum hic me cum signo meo consueto subscripsi.

¶ De massarijs Rubrica.

RApientibus vniuersitatis introitus resistere volentes & indemnitatibus dictæ nostræ vniuersitatis salubriter prouidere vt damna & depauperationes quæ hucusq; massariorũ defectibus passa est, quantum in nobis fuerit deinceps restauretur. Statuimus vt de cætero massarij nostrę vniuersitatis sint & esse debeant ciues ciuitatis bonon. prouidi & legales campsores seu mercatores autentici. Et hi eligantur infra quindecim dies post creationem rectorum isto modo scilicet ꝙ rector citramontanus cum consiliarijs suis vel maiori parte ipsorum vnum ciuem vt præmittitur bonum & legalem massarium eligat. Quod similiter rector vltramontanus cũm consiliarijs suis vel maiori parte ipsorum vnum alium ciuem sufficientem & discretum eligat. Quod si concordauerint in vno eundem ciuem eligere valeant. qui sic electus sit & esse possit massarius vtriusq; vniuersitatis & teneatur in manibus Rectorum iurare ꝙ officium fideliter exercebit, & ꝙ obediet dictis Rectoribus in his quæ spectabunt ad eius officium. ¶ His autem massario seu massarijs sic electis vel electo solutiones quæ vniuersitati fieri debent & similiter introitus dictæ vniuersitatis taliter fiant ꝙ ad manus dictorum massariorum seu dicti massarij perueniant. Nec Rector nec notarius neq; quisq; bidellus, vel alter quicunque aliquam pecuniæ quantitatem retinere audeat seu percipere. Quod si quisquam eorum aliquid acceperit & à sponte soluente præterquam in examinibus priuatis vel publicis à quibus eximi volumus generales bidellos, pœna periurij & quinque librarum bonon. pro qualibet vice incurrat. Teneantur autem immediate recepta dicta pecunia dicto massario publice assignare secundum formam infra traditam sub pœna prædicta quam ambo Rectores uel alter eorum etiã inuito cognito hoc per iuramentum soluentis vel vnum testem iuratum infra tres dies sub eadem pœna exigere teneantur. Sed volumus ꝙ omnes pecuniæ integraliter prædictis massarijs seu massario persoluantur per hunc modũ videlicet ꝙ ille qui se describi facere vult in matricula. Primo ad suum Rectorem accedat & in manibus eius iuret prout inferius in capitulo, de iuramento scolarium continetur. Habeat etiam vnam cedulam anulo seu signeto ipsius Rectoris signatam, per quam iniungatur massario vt à tali scolari solidos duodecim recipiat pro vniuersitate. contineatur etiam in eadem massarium dictos denarios recepisse ꝙ notarius vniuersitatis eum in matricula ponat scolarium & describat sub cõsiliaria sua, & post quam scolaris soluerit massario dictos solidos duodecim. Tunc dictus massarius in eadem cedula scribat. Ego talis recepi à tali ipsam quantitatem Demum cum illa cedula Rectoris & massarij dictus scolaris ad notarium dictę vniuersitatis accedat qui iuxta ipsum statim vidente scolare notarius in matricula cum alijs scolaribus suę nationis gratis conscribat, & ipsam cedulam solutionis notarius apud se retineat & conseruet. ¶ Et nullus matriculatus deinceps habetur, nisi talis modus fuerit obseruatus. Item pœnę & alię solutiones quæcunque fuerint massario soluãtur per illum qui soluere tenetur. Primo habita cedula á Rectore vt supra dictum est. Quibus solutionibus & receptionibus factis in eadem cedula massarius se subscribat vt supra, & soluens notario vniuersitatis dictam cedulam omnino præsentet, qui eam conseruet, vt supra. Et si talis forma seruata non fuerit, non habeatur soluens aliter pro absoluto. ¶ Et vt aliqua fraus vniuersitati non fiat volumus & ordinamus ꝙ massarius sit pro vtraque vniuersitate electus: qui pro tempore fuerit, penitus habere debeat vnũ vel duos libros in quo vel quibus describat omnes introitus ad manus suas peruenientes. In alio omnes expensas & solutiones quas nomine alicuius vniuersitatis fecerit. Similiter notariũ vniuersitatis astringimus vt duos libros habeat quos emere debeat de denarijs vtriusque vniuersitatis, videlicet vnum pro vniuersitate citramontan. alium pro vltramontan. Et in ipsis describat tenorem omnium cedularum solutionum factarum, quę per solutiones fuerunt eidem præsentatæ vnicuiq; vniuersitati applicando ius suum, ꝙ si notarius in hoc defecerit pro qualibet vice pœnam quinq; librarum incurrat.

¶ Insuper volumus ꝙ massarius expensas in statutis comprehensas non faciat si Rectoris cedulas non habuerit.

habuerit. Si autem habuerit ita demum faciat si summam triginta solidorũ non excedant, nec Rector maiorem summam in plura mandata diuidat, ne fraus legi fiat. Si uero excedant tunc massarius nõ soluat neq; expendat sine mandato Rectoris & consiliariorum suorum uel maioris partis eorum. Vbi autem expensę non essent in statutis comprensæ siue excedant quantitatem triginta solidorum, siue non, siue etiam infra summam non soluat neq; expendat sine mandato præfati Rectoris & dictorum consiliariorum, præterquam pro his quæ quotidie in uniuersitate occurrunt pro honore & utilitate uniuersitatis, & pro piferis & tubatoribus cum itur cum uniuersitate ad festa, dummodo nil expendat in proprios usus quas faciat si cedulam Rectoris habuerit. Et prædictas cędulas omnes sibi retineat: & in ratione sua facienda ipsas ostendat. Volumus etiam ꝙ Rector vna cum consiliarijs vel maiori parte ipsorum bis in anno rationẽ massarij videre teneatur & calculare, & in saldum reducere, videlicet infra sex menses à die inchoati massariatus officij, & in fine anni sui officij, ꝙ si Rector hoc non fecerit pœnam librarum vigintiquinq; bonon. incurrat. Statuimus etiam ꝙ officium dictorum massariorum seu massarij duret per annum integrum à die electionis computandum. Quod si legales & prudentes inuenti fuerint eo modo quo eliguntur confirmari possint Siue tamen confirmetur siue non semper in fine anni reddere rationem & reliqua consignare secundũm dicti Rectoris & cõsiliariorum ipsius deliberationem, quæ reliqua sic assignato volumus penes nouiter sic electum seu antiquum confirmatum reponi, nec de eis vllatenus expendi possit, nisi primo per consiliarios & vniuersitatem fuerit deliberatum. Et cum massarij ratio redditur volumus ꝙ ibi præsens sit notarius cum libris & cędulis illis pro illo tempore receptis vt ratio massarij cum scriptura concordet notarij. Quod si massarius in hoc defecerit, tantumdem de suo reddere teneatur: vt vniuersitas nostra illęsa & sine dãno permaneat. Notarius autem prędictas calculationes siue rationum summas continuè fideliter in suis libris debitis describat sub dicta pœna quinq; librarum bonon. si hoc eadem die facere postposuerit. ¶ Cæterum si massarius fuerit legalis vtilis erit vniuersitatis & etiam ipse honorem consequatur, ipsum priuilegiamus in omnibus quæ posimus vt omnibus priuilegijs nostris gaudeat ac si vnus de corpore nostræ vniuersitatis esset. ¶ Si autem contingat dictum massarium decedere (quod absit) aut iusta causa recedere velle seu dictum officium recusare ante finitum ipsius officium per modum præscriptum, prius alius eligatur & ratio modo præscripto calculetur & tantum quantum restabit de illius officio duret officium substituti: nec prohibemus sic taliter electum pro anno sequenti confirmari. Addentes notarium vniuersitatis debere habere duos libros membranæ emptos pecuniæ vniuersitatis, & ad hoc solummodo deputatos, videlicet ꝙ in eorum altero scribantur nomina Vltramontanorum soluentium modo superius declarato. In alio vero libro nomina omnium scolarium citramontanorum modo prę dicto soluentium. Ita ꝙ hos libros vocamus matriculam, & in talibus libris scriptos modo prædicto matriculatos esse & haberi volumus & non aliter de matricula vocari & ipsos libros illęsos manere volumus penes notarium nostræ vniuersitatis. Verum quia in nationibus de nouo aliqua in melius reformata sunt ¶ Volumus & ordinamus dictum notarium nostrę vniuersitatis de nouo scribere dictas matriculas, & scolares in dictis matriculis descripti in nouis sub congruis nationibus gratis per eundẽ notarium describantur. Astringentes notarium vt dictas matriculas ad petitionem cuiuslibet scolaris in statione vniuersitatis ostendere debeat dicto notario tamen præsente. Nec eos Rectores siue scolares extra stationem dictæ vniuersitatis extrahere vel retinere possint quoquomodo sub pœna periurij & priuationis officij sui: quam ipso facto incurrat notarius si contrafactum fuerit imminente. ¶ Volumus etiam & mandamus ꝙ quilibet Rector suam matriculam scribat in chartis de papiro, & ibi scribat nomina specialiter omnium illorum qui illo anno de nouo matriculari debent. ¶ Nec notarius sub pœna viginti librarum bonon. aliquem in sua matricula describere audeat, vel scribi faciat: nec aliquam pecuniam à volentibus matriculari recipiat: nisi scolaris primo veniat cum cędula Rectoris & massarij: de qua præmissum est. ¶ Et hoc statutum volumus extendi tam ad superuenientes scolares: quàm ad præsens existentes de nouo tam matriculari debentes prædicta omnia mandamus inuiolabiliter obseruari. ¶ Adeo ꝙ si quis scolaris nostræ vniuersitatis dicat se matriculatum, nisi probet se matriculatum vt supra est prouisum ꝙ nullo modo habeatur vt matriculatus: & ꝙ careat voce honore & priuilegio nostræ vniuersitatis tanquam alius non matriculatus, & si de facto fuerit admissus & vox eius in nullo actu ipso iure pro voce habeatur: Habebitur tamen vt matriculatus si de nouo modo prædicto fuerit matriculatus primo soluta pecunia quam tenetur soluere. Mandãtes omnibus scolaribus sub pœna viginti solidorũ bonon. qui pro matricula soluerint & matriculati fuerint, uel aliquid alio quoquomodo soluerint vt quotiens vocati fuerint generali proclamatione per Rectores & cõsiliarios vel sindicos qui pro tempore fuerint ire teneantur & eis notificare quid & quantum & cui soluerint. ¶ Prædictis autem duximus inferendum ꝙ ad massariatus officium nullatenus eligatur, nec eligi possit aliquis, qui aliud quicquam officium seu exercitium in nostra habeat vniuersitate, pœna ipsi electo si acceptauerit priuationis vtriusque officij & ipsis eligentibus periurij imminente.

¶ De petiarijs & eorum officio. Rubrica.

STatuimus ꝙ quolibet anno die qua ſindici eliguntur per Rectores & conſiliarios eligantur ſex bò ni uiri de gremio noſtræ uniuerſitatis prouidi & diſcreti qui ſint clericali ordine inſigniti. Et quo rum tres ſint ultramontani & tres citramontani, qui petiarij numero debent eſſe ſex. Et eligãtur ea forma, qua eliguntur ſindici. Et electi ante omnia iurent in manibus utriuſq; Rectoris ꝙ remoto omni odio, amore, timore, precio, precibus, & qualibet alia corruptela procedent in eorum officio ſecundum formam huius ſtatuti. Et duo, tres quatuor uel quinq; eorum ſimul etiam poſſint cognoſcere qui electi ſuper facto petiarum habeant plenum & liberum arbitrium pronunciandi cognoſcendi & exequendi in cauſis peciarum & librorum corruptorum, ratione defectus petiarum à quibuſcũ que ſcriptoribus & correptoribus poſſint & debeant exigere ſacramentum ꝙ petias quas corruptas inuenerint nunciabunt. ¶ Volumus ꝙ ſtationarij pro qualibet petia corrupta quam tradat, & qualibet vice pœna quinq; ſolidorum bonon. incurrat, & ſcolari ad duplum intereſſe nihilominus teneatur, medietas vero pœnarum ſit vniuerſitatis. ¶ Reliquæ dimidiæ dimidiam habeant petiarij, reliquã vero denuncians. ¶ Et nihilominus pro qualibet petia quam corrigi fecerint petiarij pro merito laboris à maſſario vniuerſitatis de pecunia ipſius vniuerſitatis habeat duos ſolidos. De alijs autem quas correctas inuenerint habeant pro merito laboris arbitrio boni viri. ¶ Ipſi autem petiarij iu feſtiuis tẽporibus videant & examinent in aliquo loco ab eis deputato omnes petias & quaternos omnium ſtationariorum. Ita ꝙ exigant à ſtationario quolibet ante omnia iuramentum ꝙ omnia exemplaria petiarum vel quaternorum vel alia quæ commodant portabunt ad locum ab eis petiarijs deputatũ & nulla occultabunt. Et ad ipſum locum omnes ſtationarij omni dolo & fraude remota exemplaria quæ habuerint portare teneantur. ¶ Et ſi maior pars de dictis ſex, vel ſaltim illorum, qui procedũt minus bene correcta iudicauerint, & illi corrigi faciant, & videri, expenſis ſtationarij cuius erunt petiæ, vel quaterni. Ad quorum quatuor trium vel duorum & Rectoris petitionem quilibet doctor vel ſcolaris librũ proprium ſi ſufficientem habuerit, ad hoc accomodare teneatur. Et ſi doctor vel ſcolaris librum poſt quàm viſus fuerit ſufficiens recuſauerit accomodare, ſaltim intra domum ſuam propriam pœna quinque librarum bonoñ. incurrat in vtilitatem vniuerſitatis, & nullus ſcolaris deinceps ab eo petias vel quaternos ad ſcribendum vel corrigendum recipere debeat ſub pœna decem librarum bonoñ. & priuationis perpetuę, & ꝙ Rectores qui pro tempore fuerint ad requiſitionem dictorum ſex: vt præmittitur ſub virtute præſtiti iuramenti exigere teneantnr pœnam prædictam. Et petiarij ſoluant correctoribus petiarum & recipere teneantur pecuniam à ſtationarijs in præſentia correctorum & vt ſtatim ſoluant correctorem. ¶ Teneantur etiam prædicti petiarij expen. illius ſtationarij qui petias tenebit pro tempore. Quæſtiones ſuo tempore diſputatas per doctores & ipſi ſtationarij traditas in vnum volumen: ſeu exemplar redigi facere & corrigi infra viginti dies, ex quo ſcriptę fuerint & traditę ſub pœna quadraginta ſolidorum bonon. pro qualibet quæſtione ſtationario ſi ad ipſorum mandatum nec non fecerit inſligenda & ad ipſorum requiſitionem per Rectores vel alterum ipſorum exigendam.

¶ Volumus tamen ꝙ ſtationarius pro qualibet quæſtione commodata vel commodanda habere debeat ſex denarios & non vltra nec ſtationarius ſub pœna periurij & priuationis officij alicui commodare debeat niſi vnam quæſtionem pro qualibet vice vel vnum quaternum habito tamen prius pigno re valente duplũ. ¶ Teneatur etiã notarius vniuerſitatis ſcribere oẽs quæſtiones neceſſario diſputatas gratis in vno libro per vniuerſitatis maſſarios tenendo & ei tradendo infra decimam diem Ianuarij. Et quod etiam Rectores maſſarios cogere debeant & id notarius infra menſem poſt feſtum Reſurrectionis Paſchatis perfeciſſe teneatur ſub pœna trium librarum bononienſium pro qualibet quæſtione omiſſa. Et tunc liber per Rectorem vniuerſitatis in capſa ponatur infra octo dies & circa hoc etiam petiarios ſupradictos volumus eſſe ſollicitos. ¶ Teneantur etiam ipſi petiarij conuenire ſaltim ſemel in ebdomada ſub pœna viginti ſolidorum pro quolibet. Et ad hoc Rectores eos compellant in virtute præſtiti iuramenti, & ſub pœna viginti ſolidorum bonon. pro qualibet vice tempore ſindicatus ab eis exigenda. ¶ Vbi autem petiarij in exercenda eorum officia fuerint negligentes vel omiſerint formam huius ſtatuti vel ſi probati fuerint ſaltim per duos teſtes aliquid recepiſſe occaſione dicti officij ꝙ ſemper præſumitur. Dum tamen probetur ꝙ ab aliquo ſtationariorum vel ab alio nomine ipſorum aliquid fuerit eis datum, etiam ſi donum illud non valet niſi vnum ſolidum ſeu bononinum ꝙ puniatur quilibet eorum in quindecim libras bonon: per vtrunque Rectorem vel ipſorum alterum ꝙ ſi negligentes fuerint ipſi Rectores de ſuo tantumdem tempore ſui ſindicatus puniantur vltra pœnam periurij. ¶ Et v t prædicti ſex præmiſſis diligenter intendere valeãt. Statuimus ꝙ ipſi nõ teneantur illo anno uenire ad conuocationes generales, nec ad exequias mortuorum nec ad aliquid aliud officium uniuerſitatis illo anno cogantur. ¶ Et hoc ſtatutum teneatur notarius in quibuſlibet & quatuor temporibus ſcilicet quater in anno quolibet legere ſeriatim per omnes ſcolas. ¶ Teneãtur inſuper Rectores ſaltim ſemel in menſe dictos petiarios & officium eorum excitare & uidere ſi prudenter & uiriliter officium eorum exercent quod ſi non facerent omnino per ipſos cogantur, & ſi rectores hoc facere poſt poſuerint quinque librarum bonon. pœnam incurrant pro qualibet uice, & ꝙ in fine officij dictorũ

petiariorum

petiariorũ debeant omnino ſindicari. ¶ Volumus inſuper ꝙ poſt diligentem examinationem de petijs factam dicti petiarij illas petias faciant per ſcolas per bidellum generalem publice publicari quas viderunt bene ſtare pro bonis & vtilibus. Aliæ uero quæ ex ipſorum petiariorum mandato nõ fuerint publicatę pro falſis & inutilibus habeantur & per neminem recipi poſſint pœna tam commodanti quàm recipienti quinq; librarum bonon. & periurij imminente. De qua tamen publicatione per notarium noſtræ vniuerſitatis in actis volumus apparere.

¶ De ſtatutarijs & reuocatione ſtatutorum. Rubrica.

SAncitum eſt ꝙ in rebus nobis ſtatuendis euidens debet eſſe vtilitas vt non recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt. Quare ſtatuimus ꝙ ſolum de viginti annis in viginti annos fiant additiones & mutationes ſtatutorum ſi tunc caſus vtilitatis & neceſsitatis aliquid ſuaderet ſpecialiter immutari. Quo caſu ſuper tali addendo vel mutando volumus in forma & per formam prouiſionis prouideri. Ita ꝙ preſentia ſtatuta & ipſorum volumen nullatenus immutetur, ſed firma permaneant. Statuentes ꝙ ſi quæ additiones vel mutationes fient in fine voluminis huius deſcribantur vt ſic ad exẽplum noſtrorum iurium de priori compilatione conſtare poſsit. Nec manibus expenſis in refectione. ſ. omnium ſtatutorum noſtra vniuerſitas continuo grauetur. Et vt annus ſtatutorum ſit certus volumus ꝙ anno domini Mileſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo, & demum quadringenteſimo quinquageſimoſecundo & ſic deinceps hoc fieri poſsit, & non ante, & electio eorum fiat per octo dies ante kalendas mẽſis februarij, & in prima die menſis februarij officium eorum incipiat & duret vſq; ad quintamdecimam diem menſis aprilis incluſiue niſi alias tarde eſſent electi ipſi ſtatutarij, quia tunc officium eorum duret per ſpacium duorum menſium cum dimidio à die acceptationis per Rectorem & conſiliarios eligantur & electi compellantur ſub pœna quinq; librarum bonon. pro quolibet recuſante ſtatutarij octo boni viri qui ſint ætatis ad minus vigintiquinque annorum & quinque annis in ſtudio Bonon. iura ſtuduerunt. De quo & eorum ætate ſtetur proprio iuramẽto. Et quatuor ſint legiſte & quatuor decretaliſtæ. Quorum etiam quatuor ſint vltramontani & quatuor Citramontani qui omnes vtrique Rectori ſimul iurent de eorum officio fideliter exequendo nullum ad ipſorũ vel aliorum ſingulare commodum reſpectum habentes & teneantur & debeant in vna domo quam elegerint cõuenire & ſtatuta ſeriatim legere. Qui etiam prima die qua ſimul conuenerint vnum ex eis priorem eligant pro ſingulis octo diebus, qui per eos octo dies tenere debeat omnia volumina ſtatutorum antiqua & noua quæ ſtatuerint. Cui etiam priori cæteri ſtatutarij iurent obedire in licitis & honeſtis pertinentibus ad ipſorum officium, & tenere ſecreta omnia quæcunq; inter eos deliberata fuerint: vel tractata eodem iuramento præſtando cæteris ſtatutarijs per illum qui prior electus fuerit in principio ſui prioratus. qui inſuper prior lectis ſingulis ſtatutis corã ipſis ſtatutarijs audiat eos ſingulariter loquentes de reuocatione cãcellatione vel confirmatione, vel ſupletione aut ſimilibus ad ipſum ſtatutũ lectum pertinentibus. Et ſi reuocatione aut confirmatione vel ſimilibus: ſeu etiã in aliquo nouo ſtatuto condendo fuerint concordes ad quod concorditer deliberauerint inter ſtatuta cõſcribãtur. Si vero diſcordes in prædictorum aliquo fuerint tunc de eo inter ſtatutarios cæteros ponatur partitum & quod maiori parti videbitur inter ſtatuta illud conſcribatur vires omnimodas habiturum. Nec volumus ꝙ illud quod per eos fuerit ſtatutum requirat vniuerſitatis confirmationem, ſed ipſo iure cum publicata fuerint vel pro publicatis habita per eoſdem plenam habeant roboris firmitatem. Addentes ꝙ nullus ſtatutarius eorum durante officio de Bononia debeat abſentare, niſi in locum ſui fuerit electus alius per conſiliarios & Rectores & bis per generalem bidellum infra tempus ſupradictum publice proclametur.

¶ Quod ſi aliquis vult aliquid vtile dictæ vniuerſitati inuenire ſtatutum: interpretationem additionẽ vel diminutionem ſtatuarijs offeratur: & ſi fuerit eis vel maiori parti expedire viſum inter alia ſtatuta conſcribant: non per modum gloſarum id in marginibus inſerendo quæ ſic inſerta fidẽ nõ faciant. niſi per manum notarij cum ipſius ſubſcriptione, die & duobus teſtibus ſint deſcripta: quę omnia ſine fraude & cum bona fide vſque ad tempus prædictũ facere teneãtur. Et in proximè ſequenti feſto poſt perfectionẽ prædicti temporis in vniuerſitate publicent in qua Rectores intereſſe nõ debeant: Sed ipſi ſtatutarij locum Rectorũ tenẽtes ipſa ſtatuta publicent & pro publicatis haberi mãdent. ¶ Volumus etiã ꝙ Rectores inter ſtatutarios eſſe non debeãt: nec aliquo modo de eorum officio intromittere ſub pœna vigintiquinq; librarũ bonon. pro qualibet vice: Nec vnus ſtatutarius alium loco ſui poſsit ſubſtituere. & Rectores qui pro tẽpore fuerint cogere prædictos ſtatutarios teneantur vt prædicta faciant cum effectu. Quod ſi poſt acceptationẽ aliquis de prædictus ſtatutarijs recuſaret in reformatione dictorum ſtatutorum adeſſe ac etiam omnia alia facere quæ continentur in iſto ſtatuto, ſit & eſſe intelligatur ipſo iure priuatus omni commodo noſtrę vniuerſitatis: nec poſsit reſtitui niſi primo ſoluta maſſario dictæ vniuerſitatis quantitate quinquaginta librarum bonon. vtriq; vniuerſitati applicanda. ¶ Teneantur autem dicti Rectores dari facere omnem quãtitatem pecuniæ neceſſariam pro exemplatione & autenticatura & chartis ipſorum ſtatutorum reformatorum. ¶ Prædicti vero ſtatutarij finito eorũ

officio vsque ad duos annos integros sint ab obseruatione statutorum exempti: Contra statuta tamen nullum priuilegiare possint vel ab illis eximere: ¶ Si autem post prædictum vigesimum annum alicuius statuti reuocatio siue aliqua additio videbitur expediens (vt supra in principio huius tractatū est) prius de hoc facta scriptura per modum petitionis aut postæ quæ sit in actis notarij per Rectores & cō siliarios fiat diligens inquisitio seu examinatio super hoc: & si Rectores cum duabus partibus consiliariorum: fuerint in reuocatione siue additione concordes per ipsos Rectores & cōsiliarios eligātur duo decim viri de qualibet vniuersitate discreti ita tamen ꝙ illorum par sit numerus pro qualibet natione scilicet de natione Romana quatuor totidem de Lombardia & totidem de Tuscia assumātur: & sic de vltramontanis quatuor de singulis sex nationibus eligantur: quas intelligi volumus prout supra in rubrica de quibus nationibus sint eligendi Rectores &c. descriptum est. Per quos vigintiquatuor de reuocatione siue additione tractetur. Qui si omnes vel duę partes ipsorum etiam sint in reuocatione siue additione concordes tunc liceat Rectoribus & consiliarijs super reuocatione illius statuti tantum sine additione conuocare vniuersitatem alias conuocari possit: nec inconuocata ob id vel aliud hoc propo ni pœna periurij Rectoribus imminente id facientibus vel fieri permittentibus quoquomodo & tunc in vniuersitate fiat scrutinium ad ballotas vel fabas secundum formam statuti de hoc loquentis. Item ad malicias hominum deprimendas ipsis obuiare volentes strictius præcipiendo mandamus ꝙ nullo modo infra præfatos viginti annos: etiam si causa subesset posit, aliquod statutū immutari siue aliqua conditio fieri: nisi de consensu & consilio omnium doctorum collegij Iuristarū studij bonon. ac etiā de consensu omnium scolarium nemine discrepante. Pœnam priuationis officij & honoris, ac etiam centum librarum bonon. Rectorjbus imponentes ipso iure si contra præfata omnia, vel in aliquo de prædictis contrafecerint vel alter ipsorum saluo & immutato semper hoc volumine remanente.

¶ De denunciationibus doctorum non seruantium puncta vel statuta.

CHristiano cuiq;. Sed præcipue sacræ legis doctoribus periculosum nosceñ. esse periurium: illud coercendo statuimus ꝙ Rectores in principio studij teneantur in virtute præstiti iuramenti de quibuscunq; scolis iuris ciuilis quatuor & canonici quatuor idoneos scolares qui sint duo vltramontani, & duo citramontani clericali titulo insigniti secrete eligere qui iurent denunciare infra tres dies Rectoribus si contigerit doctorem in aliquam pœnam incidisse. s. non complendo puncta vel propræsentis assignata non intrando tempore debito vel non disputando, vel alio quocunq; modo quo in pœnam incidere possint. Et Rectores teneantur procedere contra doctores ad denūciationem duorum, & hoc siue sint ambo vltramontani siue mixti vt inobedientia puniantur, quod si Rectores hoc statutum executioni non mandauerint incidant in pœnam solidorum viginti bonon. nostræ vniuersitati applicandorum quam infra octo dies pro qualibet vice quam prædictis excesserint soluere teneantur.

¶ De Aduocatis & Sindicis.

ISaiæ testimonio cultoribus legis quies & silentium conuenit. Quare volumus ꝙ vniuersitas vnum solum communem Sindicum habeat, quem communem communiter eligāt ambo Rectores: & consiliarij uel maior pars ipsorum. Dictus autem sindicus lites & causas uniuersitatis & singulorum scolarium quæ uniuersitas assumeret pro in communi bonon. & singulis ipsius cōmunis officialibus: & in foris alijs fideliter prosequatur: & cum se absentaret subroget alium idoneū & promptum ad illud officium exequēdum. ¶ Pro suo salario habeat duodecim libras bonon. ut. s. ante festum natiuitatis. & post festum sanctæ Luciæ. Vltramontanus massarius soluat dimidiam: & citramontanus aliam dimidiam.

¶ De creatione notarij, & quantum duret eius officium & de iuramento eius & bidellorum generalium ballottatione. Rubrica.

ZElantes utilem & fidelem habere notarium. Statuimus ꝙ tabellionis uniuersitatis nostræ officium annale spatium non excedat: nec possit antiquus notarius de nouo eligi uel confirmari, nisi processit de uoluntate & consensu quatuor partium ex quinq; partibus nostræ uniuersitatis: & tunc eo casu non possit de nouo eligi, uel confirmari nisi per tempus & spatium unius anni tūc proximæ secuturi, Et pro noua electione uel confirmatione dicti notarij non possit prædicta uniuersitas congregari: nisi de ea congreganda fuerit celebratum & obtentum per quatuor exquinque partibus consiliariorum utriusque uniuersitatis, & si aliter uel alio modo fiat, quod factum fuerit sit nullū ipso iure: nec habeatur: nec reputetur pro notario dictæ uniuersitatis si contra prædicta uel aliquid p̄dictorum factum fuerit. ¶ Et si antiquus notarius non fuerit de nouo electus uel confirmatus per prę dictam formam, uel inter consiliarios non fuerit obtentum de uniuersitate congreganda: tunc per Rectores & consiliarios uel maiorem partem ipsorum consiliariorū tractetur de nouo notario eligendo: & de

& de congregatione uniuersitatis facienda pro electione alterius noui notarij. ¶ Adijciētes ꝙ ille qui fuerit in tempore notarius dictæ uniuersitatis durante eius officio nullatenus possit officium bidelli siue aliud officium in dicta uniuersitate exercere. Et econtra si fuerit bidellus nullatenus possit notariatus officium durante bidellatus officio exercere Qua uniuersitate cōgregata procedatur ad electionem alterius noui notarij hoc modo & forma uidelicet ꝙ in eadem uniuersitate siue congregatione quilibet possit nominare unum notarium ciuem ciuitatis bonon. Et ꝙ nomina nominatorum debeant in scriptis redigi per unum ex bidellis dictæ uniuersitatis: & cuiusque ipsorum nomina in dicta cōgregatione debeant scrutiniari ad fabas albas & nigras: & ꝙ qui ex dictis nominatis plures fabas albas habuerit, ille intelligatur esse & sit notarius dictæ vniuersitatis pro vno anno tantum incipiendo à die qua dictus notarius dictum officium acceptauit, de cuius acceptatione debeat apparere per publicum instrumentum. Et si contigerit electum infra tres dies proximæ sequentes eius electionem non acceptasse dictum officium tunc deuoluatur ad alium qui post ipsum obtinuit in maiori numero fabarum: & sic succesiue procedatur donec ad alicuius acceptationem perueniatur. ¶ Et vbi ex nominatis aliquis non acceptauerit: tunc vniuersitas de nouo congregetur quamprimum poterit & ad nouam electionem procedatur. vt supra. ¶ Ad electionem autem prædicti notarij de nouo eligendi vel confirmandi procedi debeat per quindecim dies ante finem officij antiqui notarij. Ita tamen ꝙ notarius tūc temporis in vniuersitate non interfit, nec aliquis consanguineorum suorum pœna periurij rectoribus imminente si contrafecerint. Nec etiam bidellus generalis fabas dare vel colligere possit si Rectoribus videbitur ꝙ notarius sit in nimia amicitia copulatus ita tamen ꝙ notarius per vniuersitatem vitio personæ reprobatus in perpetuum sit ineligibilis. ¶ Adijcientes ꝙ notarius vniuersitatis nostræ medietatem sui salarij solutio differatur donec officium suum anno expleto approbetur vel reprobetur: quatenus si eum reprobari contigat non sibi antea persoluatur quam omnes scripturas ac etiam acta scolarium vel vniuersitatis omnia integerrime restituere non detractet. Quibus omnibus restitutis in casum reprobationis ipsius vel etiam approbato eo massarij sibi satisfacere teneātur ad plenum ꝙ citius contigerit si possibilitas facultatis. ¶ Et post quam non placuerit vniuersitati ipsum confirmare: pro illo anno amplius illū reassumere nō possint Rectores sub pœna piurij & sub pœna. xx. librarū bon̄. ¶ Huic autem statuto per aliquas reformationes vel statuta per vniuersitatē hactenus facta nolumus in aliquo derogare. ¶ Notarius autem nouiter electus vel antiquus modo superius expresso confirmatus semper nouis Rectoribus iurare teneatur ꝙ ipsis Rectoribus obediet & ad ipsorum vel alterius ipsorum vocationem simplicem veniet honorem & status vniuersitatis bona fide promouebit secreta sibi per Rectores & consiliarios vel vniuersitatis indicta celabit & seruabit statuta vniuersitatis quæ ad officiū spectāt. ¶ Iubētes ꝙ notarius nostræ vniuersitatis nullo modo valeat seruire per substitutū: nisi per octo dies obtenta prius licentia ab ambobus Rectoribus. Quod si contingat ipsum ab octo diebus vltra velle se absentare vel sine absentia seruire per substitutum nullo modo hoc possit: nisi prius obtenta licentia ab vtraque' vniuersitate. ¶ Et si concessa fuerit: volumus ꝙ non possit concedi nisi p mensem: & si contrafecerit ipso facto sit priuatus salario illius anni ¶ Prædictis autem firmiter duximus inserendum: ꝙ siue nouiter fuerit electus notarius: siue antiquus fuerit confirmatus volumus ꝙ de ipsius electione vel confirmatione publicum appareat instrumentum per manum alterius notarij qui tempore nouæ electionis vel confirmationis pro prædictis fiendis in vniuersitate interesse possit, non obstantibus alijs incontrarium quomodolibet disponentibus: & vbi constiterit de ipsius notarij confirmatione: vel electione vt proximè dictum est pro non notario habeatur. Adeo ꝙ ad alterius notarij electionē procedi possit nullo alio actu priuationis vel nulla quamuis alia solēnitate interueniēte.

¶ De officio notarij & eius salario.

AD officium notarij spectat puncta per vniuersitatem taxata legere & publicare per scolas omnium ad puncta legentium vbi puncta seruarentur. ¶ Item legat statuta: quorum legendorum tempora sunt statutis ipsis expressa temporibus ordinatis. Item legat sententias & ordinationes factas & fiendas per Rectores. ¶ Item & alia quæ Rectores & alter ipsorum legi præciperent. ¶ Item in statione loco in quo Rectores solent pro tribunali sedere copiam sui faciat. Item ꝙ ipsius copia si expedierit possit haberi. ¶ Item festiuitatibus: obsequijs: processionibus, quas Rectores cū omni vniuersitate vel ceteris scolaribus ad palatium faciunt interfint, ipsosq; procedant immediate. Item literas omnes quas quacunq; de causa vniuersitatis ad quoscunq; dirigent in vno libro ad hoc specialiter deputato registret antequam sigillentur. ¶ Item scribat tenorem omnium priuilegiorum nostrorum præsentium & futurorum in duobus libris. & quotiens scolari expedierint respicere ea priuilegia seu tenorem priuilegiorum inspicere valeat vt contingerit expedire. ¶ Qui libri pœnes Rectores semper debeant esse. Adijcientes ꝙ personaliter, non per substitutum notarius officium suum exequatur. Quod si corporali necessitate fuerit impeditus in his quæ lecturam per scolas respiciunt ipsius impotentiam suppleat generalis Bidellus. In alijs quæ publici notarij desiderant officium prouideant solū pro eo tempore ambo Rectores: pro vt eis videbitur expedire. ¶ Et ne istud videatur contrarium sta-

tuto proximè præcedenti in fine declaramus iſtud debere intelligi ſecundum illud adijcimus q̄ nota
rius vniuerſitatis quandiu placuerit vniuerſitati habeat quolibet anno pro ſuo ſalario à qualibet vni-
uerſitate.xx.libras bonoñ.ſecundum formam præcedentis ſtatuti videlicet lib.xl.de inſtrumentis au
tem ſcolarium vſq; ad viginti libras bononienſes duos ſolidos bononienſes videlicet ſolidos duos. Et
ab inde ſupra vſque ad centum:quatuor ſolidos bonoñ.videlicet ſolidos quatuor. De centum vero li
bris:quinque ſolidos bonoñ.videlicet,ſol.v.Et ab inde ſupra vſq; ad ducentas ſex ſolidos bonon. vi-
delicet ſol.vj.Et inde ſupra pro quolibet centenario duos groſſos videlicet gro.2. Item pro quolibet
inſtrumento emptionis librorum vſque ad viginti libras vnum ſolidum videlicet ſol.j.A viginti libris
vſque ad triginta duos ſolidos bonon.videlicet ſol.ij.Et vſq; ad centum quatuor ſolidos bonon.videli
cet ſol.4.De centum & quantumcunq; aſcendat quinq; ſolidos bonon.videlicet ſol.v.Item de qu oli
bet inſtrumẽto liberationis vel abſolutionis vſq; ad quinquaginta libras:tres ſolidos bonon.videlicet.
ſol.3.Et de quinquaginta vſq; ad centum quatuor ſolidos bononien. videlicet ſol.4.Et de centum vſ
que ad quingentas ſex ſolidos bon.videlicet ſol.vj.Ab inde vero ſupra quantacunque ſit quantitas o-
cto ſolidos bononienſes videlicet ſol.8.Et ſi plures ſunt abſoluti vel liberati pro quolibet ſolidum v-
num videlicet ſol.j. ¶Pro teſtamentis autem vſq; ad centum libras bonon.decem ſolid. bononien.
videlicet ſol.x.Ab inde ſupra quantacunq; aſcendat triginta ſolid.bononiẽ.videlicet ſol.30. Niſi de
volũtate teſtatoris vel aliorum procederet plus dare. ¶De codicillis autem ſi fierent quinq; ſolid.bo-
noniẽ.videlicet ſolidos 5.De quolibet autem qui ſe conſtiterit pro alio ſoluturum vſq; ad centum li-
bras habeat duos ſolidos bonon.videlicet ſolidos 2.Ab inde ſupra tres ſolidos & non plus videlicet ſo
lid.3.Pro exemplatione vero alicuius priuilegij vniuerſitatis nõ poſsit notarius exigere vltra triginta
ſolid.bonon.ab aliquo ſcolari habente centum florenos in redditibus vel vltra videlicet ſolidos 30.Si
minus habet non exigat vltra viginti ſolidos videlicet ſolidos 20. ¶Pro ſcriptura vero literæ teſtimo-
nialis non exigat vltra quinq; ſolidos bonon.videlicet ſolidos.5.Quod intelligimus de quacunque li-
tera teſtimoniali: ſiue ſit littera licentiæ: ſiue bacallariatus:ſiue alia quæcunque. ¶Vbi autem con-
tingat vltra petere vel exigere puniatur in duplo eius quod recipit. ¶Verum ſi de quantitate in ſtatu
to contenta notarius non contẽtaretur & per hoc ſcolaris vel alter ſtatim non eſſet expeditus notarius
puniatur in quinq, lib.bonon.videlicet lib 5.Et ſic adhuc ſequenti die nõn eſſet expeditus puniatur
in decem lib.bonon.videlicet lib.x.Et ſuper quantitate beneficij beneficiati ſacramento credatur.
De actis autem cauſarum quæ ſcribet ſolui volumus eidem pro qualibet charta ſolidos vnum & dena
rios ſex bon.videlicet ſolid.j.d.6.Iubemus autem q̄ notarius vniuerſitatis inſtrumenta vel acta quæ
ſcripſerit ei,quem res tangit ſi priuilegijs noſtræ vniuerſitatis gaudeat infra octo dies poſt requiſitionẽ
eiuſdem oblato ſecundum taxationem ſuperius ſcriptam ſalario tradere in publicam formam tenea-
tur ſub pœna periurij & decem librarum boñ. uidelicet lib.x. ¶Item teneatur notarius habere duos
quaternos ſeu libros chartarum de papiro,in quorum uno debeat ſingulis annis ſcribere nomina om
nium doctorum:in alio uero debeat ſcribere omnes priuatos commodo & honore noſtrę uniuerſita-
tis.& iſtis ſcripturis ad æternam rei memoriam ſtetur. ¶Item teneatur omnia acta utriuſq; cauſæ po
nere ſeriatim in uno libro ad hoc:ut perpetuo ad illum librum & libros haberi poſsit recurſus. Tenea
tur etiam & debeat ſingulis annis poſt octauam natalis domini quàmprimum uniuerſitas uenerit cõ
greganda omnia acta per eum deſcripta Rectoribus & conſiliarijs exhibere cõſeruanda in armario no
ſtræ uniuerſitatis:in quo acta conſeruantur clauſo tribus clauſuris cum ſuis clauibus diſtinctis. Quarũ
una ſit penes ſindicum uniuerſitatis. Aliam penes notarium.Reliquam uero teneat vnus ex conſilia-
rijs per ipſorum maiorem partem eligẽdus pœna uigintiquinq; librarum bonon.notario ſi prædicta
uel aliquid prædictorũ non ſeruauerit imminentè.Et ſi prædicta non obſeruauerit puniatur pro quo
libet omiſſo in tribus libris bonon. ¶Volumus tamen q̄ libros illos emat expenſis utriuſq; uniuerſi-
tatis. ¶Item uolumus q̄ pro bulleta librorum exportandorum per ſcolares recedentes notarius uni
uerſitatis noſtræ ultra duos ſolidos bonon.recipere non debeat quoquomodo uidelicet ſolidos duos.
¶Volumus tamen q̄ pro bulleto perſonæ tantum extra ciuitatem proficiſcentis potiſsime ad ſola-
tium nihil accipere audeat.Concedimus tamen q̄ ſi contingat ſcolarem repatriare licet non portet li-
bros q̄ notario pro bulleto ſcolaris ſoluere debeat unum ſolidum tantum uidelicet ſolidum unum.
¶Volumus etiam q̄ de omnibus geſtis in uniuerſitate uel alibi quoquomodo concernentibus fauo-
rem commodum ſeu honorem uniuerſitatis teneantur & debeant ad requiſitionem ſindici publicam
conficere ſcripturam & ipſam apud acta uniuerſitatis eiuſdem redigere:& copiam abſq; mora & ali-
qua ſolutione eidem ſindico aſsignare,necnon quoſcunq; actus ac etiam omnes & ſingulas proteſta-
tiones & requiſitiones factas & fiendas per dictum ſindicum publicam conficiat ſcripturam non ob-
ſtante Rectorum contradictione ſeu alterius eorum uel alicuiuſuis alterius pœna prædicta imminen
te eidem pro quolibet omiſſo. ¶Item ſtatuimus q̄ notarius qui tempore reformationis ſtatutorum
præſentium ſiue futurorum fuerit teneatur & debeat ſcribere uel ſcribi facere unum uolumen præſen
tium ſtatutorum ſuper chartis membranis ab utraq; uniuerſitate ſibi traditis ſub pœna priuationis of
ficij eius:quod uolumen uolumus in ſtatione dictæ uniuerſitatis continue permanere ligatum una ca
thena in bancho dictæ ſtationis. ¶Huic autem ſtatuto nouiter adiungere decreuimus q̄ ſi notarius in

omnibus

omnibus caſibus & actibus ſui copiam non fecerit temporibus congruis & opportunis in quibus face
re tenetur incidat in pœnam viginti ſolidorum tantum bonon.pro vice qualibet qua contra fecerit.

¶De iuramento & electione bidellorum generalium.

BIdellorum generalium electio vel confirmatio ſingulo anno fieri debeat hoc modo.Quia ad hoc
ſpecialiter congregata vniuerſitate de conſenſu & voluntate Rectorum ſuæ vniuerſitatis & ma-
ioris partis conſiliariorum eiuſdem in vniuerſitate proponatur de antiquo bidello confirmãdo,
vel de nouo eligendo.Et ſi de antiquo confirmando tractetur,vel de nouo eligendo proponatur. Et
tunc fiat ſcrutinium ad fabas albas & nigras:& qui plures fabas albas habebit ille bidellus & pro con-
firmato habeatur:ſi de confirmatione tractetur.Cuius bidelli electio ſeu confirmatio debeat fieri ad
minus infra quindecim dies poſt acceptationem ſui rectoris.Facta autem electione prædicti bidelli ſic
electi,qui ſit bonon.ciuis iurare teneatur ſingulis nouis Rectoribus de parendo mandatis ipſorum:& ad
cuiuſcunq; ipſorum vocationes venient honorem & ſtatum vniuerſitatis bona fide procurabunt.
Secreta per Rectores & conſiliarios vel vniuerſitatis indicta celabunt: & obſeruabunt ſtatuta:quæ ad
ſuum ſpectabunt officium. ¶Item ſtatuimus q̄ bidelli generales vtriuſq; vniuerſitatis vtriq; Rectori
in caſibus his:qui ad eorum ſpectant officium habeant parere:& ſub amborum Rectorum ſint iuriſdi
ctione.Si tamen mandata vtriuſq; Rectoris circa eundem concurrant potius Rectori ſuæ vniuerſitatis
habeant parere præterquam in caſibus ſpecialibus in quibus per ſtatuta contrarium diſponeretur.
¶Item ipſi delinquentes per vtrunq; Rectorem vel ipſorum alterum poſsint puniri prout eorum ar
bitrio videbitur conuenire vſq; ad quantitatem ſolidorum decem bonon.vltra vero non niſi cõſenſu
interueniente maioris partis conſiliariorum.Adijcientes q̄ bidelli generales noſtræ vniuerſitatis non
poſsint alterius collegij vel vniuerſitatis ſeu ſocietatis eſſe aut ſingularis perſonæ cuiuſcunq; conditio-
nis exiſtant bidellatus officium exercere,contrafacientibus pœna periurij & decem librarum bonon.
vtriq; vniuerſitati pariter applicandis imminente,niſi licentiam habuerint à Rectore & maiori parte
conſiliariorum. ¶Huic autem ſtatuto duximus inſerendum q̄ de ipſius ſeu ipſorum bidellorum ge-
neralium electione ſeu confirmatione conſtare debeat ipſum eſſe ciuẽ bonon.paterna & auita linea:
& niſi de prædictis conſtiterit,talis bidellus pro non electo:vel pro non confirmato habeatur & ipſo-
rum officium uacare intelligatur.Adeo q̄ ad nouam electionem alterius nullo alio actu vel ſolemnita
te interueniente circa ipſorum priuationem procedi poſsit.Statuẽtes q̄ ſi vltra dictum tempus vnius
anni prædictorum electio fuerit celebrata etiam ſi confirmata fuerit, tam electio quàm cõfirmatio ſit
ipſo iure nulla & irrita & pro non geſta habeatur.Et nihilominus electores ipſi & confirmatores pœ
nam periurij & uigintiquinq; librarum bonon.pro quolibet ipſo facto incurrere uolumus & declara
mus. Et ſi ipſe electus duxerit acceptandum incurrat pœnam centum librarum bonon.& ipſofacto
mulctetur.

¶De officio bidelli generalis.

CEnſemus per bidellum generalem tantum pronunciari debere per ſcolas tam doctorum legen-
tium de ſero quàm legentium de mane,quæ de legentibus diſputantibus feſtiuitatibus libris ue
nalibus & alijs iuxta morem fuerint nunciãda, q̄ ſi bidellus ipſe fuerit infirmitate grauatus, uel
corporali neceſsitate aliqua impeditus.notarius uniuerſitatis uel qui ſub generali bidello regit ſtatio-
nem uel ipſius filius admittatur ad id. ¶Vbi uero corporalis neceſsitas non excuſat perſonaliter &
non per alium ſuum officium bidellus exerceat,nec ciuitatem bonon.ultra diem unam manſurus exe
at,niſi de pluri à ſuo Rectore petita licentia & obtẽta pœna quinq; ſolid.bonon.pro die,qualibet die
exigenda. ¶Item per ſcolas uadat circa mediam tertiam. ¶Item diebus quibus Rectores in ſtatione
uel loco iuridico eſſe tenentur eiſdem aſsiſtat & alias quandocunq; Rectorem cum conſiliarijs ibi ſci-
uerit conuenire. ¶Item omni proceſsioni uniuerſitatis,ad feſta uel exequias uel alibi fiendæ interſit
Rectores more ſolito immediate procedendo.Nec alius bidellus ſeu alia perſona uniuerſitatis noſtræ
excepto notario audeat uel præſumat immediate ante dictos Rectores incedere ſub pœna decem ſoli
dorum. ¶Habitus autem illorum ſit q̄ communiter portãt ueſtem ſeu robam à Rectore tempore ſui
rectoratus eis datam,quam quilibet rector bidello ſuæ uniuerſitatis tempore prædicto ſub pœna per-
iurij & decem librarum dare teneatur. ¶Veſtem autem eſſe uolumus coloris unius,quàm ueſtẽ por-
tare teneantur uſq; quo aliam habeant robam de robis noui Rectoris. Bidelli autem contrafacientes
puniantur in pœna quinq; librarũ bonon. ¶Itẽ ſi pannos cũ uario eis habere cõtigerit à doctore uel
ſcolari forenſi retinere teneantur & uti,ut decet uſq; ad menſem utantur quando decens eſt uniuerſi-
tati & omnibus proceſsionibus ut ab honeſtis eorum prædeceſſoribus hoc fieri conſueuit ne torbonã
uel tabarum conuerrat,occultando quæ apparentiam uniuerſitati nec etiam honorem afferat.Item bi
delli generales teneantur claudere ſcolas de ſero & de mane aperire ſub pœna librarum uiginti. Lu-
cra autem & onera habeant communia. quæ in priuatis & examinationibus publicis bonon. dantur
æqualiter diuidenda,ſecundem numerum perſonarum & bidellium generaliũ vtriuſq; uniuerſitatis.

¶Item interſint proceſsionibus quæ fiunt pro examinationibus publicis vel priuatis: & in repetitionibus, & diſputationibus ſcolarium vel doctorum cum ipſi ſcolares vel doctores vadunt ad ſcolas. Generalis autem bidellus ſcolarium diſputationibus vel repetitionibus teneatur adeſſe & ſtare vſque ad finem & obuiam ire forenſi venienti & locum eidem aſsignare vel cum Rectore palatium aſcendente & interſint proceſsionibus quæ fiunt per Rectorem aſcendentem palatium. Item ꝙ denunciationibus ſcolarium legentium vel librorum nihil à ſcolaribus exigant. Ab alijs autem licitum ſit recipere quod ſit iuſtum, pro ſingulis capitulis violatis ſupradictis poſsint Rectores & teneantur pœna vbi non ſit expreſſa vſque ad decem ſolidos exigere. Citationes quas facient bidelli ipſi teneãtur rectori ex parte cuius fecerint illas indilate referre nec pro citatione vltra ſex denarios pro vice qualibet petãt vel exigãt.

¶Doctores autem & ſcolares bidellum ipſum ex officio ſuo per ſcolas aliquas nunciantem teneantur audire pacifice, & doctor ſub pœna periurij relictis ſuæ conſcientiæ teneatur quamcito poterit cõmode eum audire.

¶Itẽ teneatur ipſe bidellus idonee cauere. ſ. datis pignoribus vel idonea fideiuſsione rectoris arbitrio de rebus vniuerſitatis vel ſingulariũ fideliter cõſeruãdis, & hæc ſatiſdatio fiat & exigatur ſingulis annis per nouos Rectores infra quindecim dies, vel poſt ſi prius exacta non fuerit & ſit de ducentis lib. bon.

¶Adijcientes ꝙ cuicunque ſcolari per ipſum leſo, ſatisfaciat ex ſatiſdatione prædicta. ¶Item teneatur denunciare poteſtati eos quos ſciuerit famulos circa ſcolas commodare taxillos vel ludi miſteria ad ludum aliquem taxillorum, circa quod etiam Rectores volumus eſſe ſollicitos. ¶Teneantur quoque bidelli generales ſingulis annis ſcribere quot conuentus examinis & principia fiant illo anno & præſentare ſingulis ſcilicet annis Rectoribus & conſiliarijs temporibus rationis reddẽtis per maſſarios vniuerſitatis noſtræ. Et ſi aliqua dimiſerint non ſcripta pro quolibet puniatur in tribus lib. bonon. Et ſi ſcriptam non præſentauerint ſindicis, puniantur in viginti lib. bonon. per iſtos ſindicos exigendis. Bidello autem qui de præſenti banchum in quo Rector pro tribunali ſederit in ſua ſtatione tenet in ſubſidium penſionis quinq; libras annuatim dari volumus per maſſarios vniuerſitatis vtriuſq; prohibentes rectoribus vt in alia ſtatione quãm ſtatione bidellorum generalium pro iure reddendo ſedere non debeant. Vbi vniuerſitas alium locum non deputauerit. ¶Volumus etiam ꝙ notarius & bidelli generales poſsint portare arma per ciuitatem bonon. offenſibilia & defenſibilia abſq; aliqua pœna dũmodo habeant bulletum à ſuis rectoribus ſubſcriptum & ſigillatum & hoc de die noctuq; cum lumine & ſine lumine. ¶Teneantur etiam prædicti bidelli generales macias argenteas ferre.

¶De Collecta bidelli generalis.

QVas collectas bidellus facere poſsit. Primam, ante collectam ſpecialium bidellorum, ante feſtum natiuitatis Secundam autẽ prædictorum collectam ante feſtum reſurrectionis. Præcipientes ꝙ nullus ſcolaris bidellum ipſum generalem ſua collecta debeat defraudare ſub pœna periurij. Mandantes hac etiam de cauſa ꝙ nullus bidellorum generalium debeat exigere collectam pro alio bidello conſocio, & ꝙ præfatus generalis bidellus valeat reclamare ſi aliquis ſcolaris non ſoluat vel minus ſoluat debito. Et nihilominus nunciare Rectori illius bidelli cuius collectam exegerit. Qui Rector ſub pœna periurij & decem librarum bonon. teneatur exigere ad denunciationem illius bidelli vel alterius duplum illius ꝙ ſcolaris ſoluere teneatur. Adijcientes ꝙ â ſcolaribus à quibus in mane in ſcolis ordinarijs habuerit collectam in extraordinarijs accipere non poſsit ſub pœna periurij &. xl. ſolid. bonon. quotiens fuerit contrafactum.

¶Quod ſtatutum legi volumus per ſcolas ſingulas ordinarias poſt feſtũ ſancti Andreę incontinenti. Et in quadrageſima antequam bidelli faciant collectas, pœna periurij &. xx. ſolid. bonon. imminente notario ſi ſtatutum illud per ſcolas ſingulas ordinarias legere duxerit omittendum. Adijcientes ꝙ bidellus prædictas collectas in extraordinarijs faciat ea die qua fecerit in ordinarijs, alioquin illam facere non poſsit vlterius. Statuimus etiam ꝙ ſcolaris quilibet ſoluere teneatur bidello generali collectam facienti ad minus pro ſua collecta quatuor ſolid. bonon. ſub pœna periurij. ¶Volumus inſuper ꝙ bidellus prædictus infra tempus ſupra notatum omni modo collectas ſuas faciat non facienti autem in dicto tempore nullatenus vlterius faciendi attribuimus facultatem. Quod ſi quis bidellus tantæ temeritatis exiſteret, vt tempore elapſo prædicto collectam facere attẽptaret. Ipſo facto pœnam. xx. lib. bonon. incurrat vniuerſitati pariter applicandarum, niſi de expreſſa licentia & conſenſu Rectorum & maioris partis conſiliariorum fuiſſet & ſpecialiter permiſſum.

¶De iuramento ſtationariorum librorum vel petiarum & extimatione & taxatione petiarum.

EStimatores & ſtationarij librorum debeant iurare corporaliter omni anno in creatione Rectorũ de eorum officio legaliter faciendo & de ſeruandis ſtatutis vniuerſitatis quæ eorum tangunt officium factis quàm faciendis, & ꝙ ipſa ſtatuta quæ eorum tangunt officium tam facta quam fienda de litera bona & legali in ſtationibus ipſorum, ſecundum ꝙ iaceet in libris ſtatutorũ vniuerſitatis & publice

& publice ac aperte vt ab omnibus introeuntibus poſsint legi & videri, affigent. Et ſine diminutione a dictione vel falſitate. Quod ſi quis auſu temerario in prædictorum aliquo extiterit violator, pœnam xx. lib. bonon. ipſofacto incurrat, præcedente tamen de hoc monitione eis fienda per Rectorem per menſem & vltra hanc pœnam per Rectorem a ſtationariorum officio priuetur. ¶Teneantur etiam ipſi Rectores præcipere doctoribus & ſcolaribus & omnibus iuratis in virtute præſtiti iuramẽti ꝙ quo ad officium ſtationis nullum participium habeant cum eodem pœna. xxx. lib. bon. imminente Rectoribus ſi hoc ſtatutum ſeruari non fecerint. Volumus etiam ꝙ taxatores periarum teneantur iurare de fideliter taxando quinternos non taxatos. Addentes ꝙ dicti taxatores duos denarios tantum pro pecia recipere valeant ſcilicet vnum denarium pro quolibet tam ſcriptore quàm faciente ſcribi. ꝙ ſi contrafecerint puniantur pœna. xx. ſolidorum bonon. vtrique vniuerſitati applicandorum.

¶Ad quid teneantur ſtationarij librorum. Rubrica.

FIdeiuſſores idoneos det quilibet ſtationarius librorum, infra quindecim dies poſt creationẽ Rectorum ſi prius requiſitus non eſſet de mille lib. bonon. ad minus ꝙ libros & res alias ſcolarium penes ipſos depoſitas fideliter conſeruabunt & illibata reſtituent. ¶Teneantur etiam infra idẽ tempus penes generalem bidellum vel vniuerſitatis notarium vel aliquem doctorem ſeu campſorem, quem Rectores eligent pignus quindecim lib. bonon. vel precium ipſum deponere, vt quando ſtatuta violarent poſsint ambo Rectores ſimul de ipſo pignore vel depoſito pœnas ſtatutis expreſſas exigere, quo depoſito finito, & in pœnis conſumpto teneatur aliud ſurrogare infra diem ordinandum per Rectores quam ſatiſdationem ſi non dederint vel depoſitum prædictum non fecerint priuati nuncientur cum ſuis ſtationibus ita ꝙ nullus ſcolaris audeat cum eis negociari, nec in ipſorum ſtationibus libros venales ponere vel poſitos tenere vel emere, quod ſi ſcienter fecerit vel libenter poſtmodum ſit amiſſus, contra ſtationarium ſic priuatum nullum recurſum habere valeat & nihilominus ipſe ſcolaris ſit periurus. ¶Teneatur autem ſtationarius librorum in ſtatione tenere & commodare omnes petias lecturarum iuris canonici & ciuilis. Nec autem Rectores de nouo admittent aliquem ad ſtationem tenendam niſi facta eis fide & oſtenſione prædictarum peciarum & facta circa hæc cautione ſi per Rectorem exigatur. Extraordinarios autem libros vel ipſorum exempla poſsit Rector eum conſiliarijs ꝙ diuerſas diſtribuere ſtationes prout videbitur conuenire. Et ſtationarij teneantur illorum ordinationi parere vt poſsint Rectores cum conſiliarijs ex cauſa puta propter noua ſcripta vel antiqua taxatum exemplorum vel peciarum numerum ad triẽnium augere. ¶Ponat etiam in libro venali extrinſecus & euidenti loco & claris literis non per cifras precium libri ſub pœna. xx. ſolid. bonon. vniuerſitati ſoluenda & per Rectorem exigenda. ¶Item ſtationarius librorum penes eum venditioni expoſitorum non liceat alicui vel commodet prece vel precio ſine licentia eius cuius talis liber fuerit ſub pœna. xl. ſolid. bonon pro qualibet vice qua fuerit contrafactum. Et ſuper hoc iuramento denunciantis & depoſitioni unius teſtis ſtetur quam pro plena probatione in hoc caſu volumus haberi in fraudem talium lucra quærentium in graue detrimentum illorum quorum ſunt libri. Adijcientes ꝙ libro vẽditioni expoſito in ſtatione ſi eundem librum ſcolares inde extraxerint & intra quindecim dies alicui vendant per ſe vel per alium, nec ſoluant illi ſtationario de cuius ſtatione extraxerint talis vẽdens duarum lib. bonon. pœnam incurrat & probetur, vt ſupra ſcripſimus. ¶Non emat inſuper ſtationarius per ſe vel alium cum mercimonijs vt in illo lucretur, nec etiam ob aliam cauſam illum emat niſi de hoc ꝙ pro ſe emit certificet venditorem. Nec ſcienter vendat librum aliquem ei quem ſcit vel credat veriſimiliter ob mercimonium emere pœna decem lib. bonon. in his tribus capitulis pro vice qualiber ſtationario infligenda, cuius medietas ſit accuſantis, reſidua vero medietas Rectoribus applicetur. Et vltra id in iudicio animę ad reſtituendum vniuerſitati omne lucrum quod inde recepit aſtringatur. Scolaribus etiã eadem ſit prohibitio ne mercimonij cauſa libros emant ſub pœnis eiſdem, & in probationibus ſtetur vt ſupra. Et contra hos ſtationarios. vel ſcolares teneantur & poſsint Rectores inquirere & eos punire & etiam priuare vt ſtudij turbatores, & ſi ciues in hoc culpabiles inuenerint quàm acrius potuerint cõtra eos procedant & per commune procedi procurent. ¶Procurent etiam Rectores illud ſeruare ſtatutum editum à communi de bulleta librorum per commune de libris portandis ſine licentia Rectoris. Et vt efficatius his mercationibus obuietur præcipimus ꝙ nullus noſtræ vniuerſitatis ſcolaris ſoluat precium alicuius libri iuris canonici vel ciuilis excedentis ſummã ſex lib. bonon. niſi in præſentia notarij noſtræ vniuerſitatis. Cui quidem notario nomine Rectoris accipienti iuret emptor ꝙ bona fide non cauſa mercimonij librum emit, ꝙ ſi alibi vel aliter ſit facta ſolutio, emptio ipſa nulla ſit ipſo iure. Et vendens & emens quinque lib. pœnam æqualiter incurrant, cuius medietas applicetur vtrique vniuerſitati, & alia medietas denuncianti, vel denunciantibus & Rectoribus. ¶Item librum venalem in ſtatione appoſitum non tradat vendendum extra ſtationem alicui, qui non ſit de corpore noſtræ vniuerſitatis niſi facta proclamatione qua facta per tres dies expectare debeat antequam librum illum extraneo tradat vendendum pœna. x. lib. bonon. ſibi qui contrarium fecerit infligenda. Adijcientes ꝙ ſtationarius poſtquam liber ſibi traditus ad vendendum fuerit, teneatur in die ſequenti proclamare, ſi

ue proclamari facere per scolas se talem librum, vel tales libros venales habere. Et librorum seu libri precium in proclamatione declaret. ¶ Item q̃ nullus stationarius librum venditioni expositum alicui ad vendendum siue examinandum vltra triduum tradat pœna supra proxime dicta sibi imminente in duobus capitulis præcedentibus proxime si fuerit contrafactum, pœnæ medietatem vtrique vniuersitati volumus applicari, residuam medietatem accusanti seu denũcianti & Rectoribus qui eam fuerint executi. ¶ Item non occultet librum quem habet in statione venalem dicendo falsum q̃ sit extra stationem Quod si dixerit & scolaris de habente petierit illius nomen teneatur exprimere pœna quinq; solid. bonon. pro libro quolibet si contrafecerit infligenda. ¶ Item libros extimet bona fide præsente libri domino vel ipsius nuncio speciali eo præcio quod crediderit esse iustum, nullam machinationẽ vel condicionem cum feneratoribus faciendo & extimationem scribat in libro eis literis & modo quibus supra eodem statuto est comprehensum nec minus extiment si plus crediderint valere. ¶ Notabilis autem culpa stationarij extimantis, Rectoribus arbitrio vsq; ad tres libras bonon. pro vice qualibet puniatur. ¶ Item de extimandis libris feneratoribus vel mercatoribus vniuersitatis, se non intromittant nisi illi duo stationarij qui ad hoc fuerint electi per Rectorem pœna periurij &.xx. solid. bonon: contrafacienti pro vice qualibet imminente. ¶ Item pro extimatione libri cuiusq; quem pignorari faciunt per scolarem ita magnam faciant pro quanto iustẽ venderent & in quantum possint & sciunt ad vtilitatem forensium pignorare volentium, & si contrarium verisimiliter appareret, vt quia infra modicum tempus liber bene emeretur & stationarius illius precij respectu male extimat, puniatur in tantum in quantum male extimauerit & pœna exigatur infra.x. dies per Rectores postquã eis per scolarem nunciatum fuerit sub pœna dupli pœnæ tunc exigendæ. ¶ Præcipimus etiam q̃ nullus se intromittat de faciendo libros vendi nisi qui iurant & satisdant sub pœna priuationis à qua non eximantur nisi pro qualibet vice.xx. solid. bonon. vniuersitati vtrique persoluat. ¶ Scolaribus autem non prohibemus quin possint mediate emere & vendere libros inter se ipsos. ¶ Permittimus etiam q̃ generales bidelli cedulas librorum venalium legere possint & venditorem ostendere & etiam inter eum & emptorem mediare.

¶ De vẽditione facta p̃ stationarios vel eorũ institores de libris. Rubrica.

GEsta per stationarios approbando, statuimus q̃ si stationarius vel eius institor alicui scolari vendiderit aliquem librum pro precio contento inter eos, venditio ipsa seu concessio firma & stabilis perseueret, ita tamen q̃ si venditor libri dissentiat in precio, stationarius prædictum precium ipsi venditori supplere teneatur vsque ad illam quantitatem pro qua dictus venditor vendi mandasset seu præcepisset dictum librum. Et si venditor fuerit scolaris, eius super hoc cum vno teste credatur iuramento.

¶ Quantum recipere debeant stationarij pro venditione librorum. Rubrica.

HAbeant stationarij librorum, nomine sui laboris ab emptore & venditore denarios sex pro qualiber libra illius quantitatis pro qua liber venditus fuerit siue magnum existat precium siue paruum cuius sex denarios emptor & venditor soluere teneantur, videlicet tres denarios pro quolibet eorum. Si uero transcendat precium.lx. lib. bonon. habere debeat quatuor denarios pro libra. ab emptore duos denarios & venditore duos denarios. ¶ Item statuimus q̃ nullus scolaris vendens vel emens librum per se vel perealium, pacto, prece, vel alio quocunque modo possit aliquid promittere stationarijs, nec etiam ipsi stationarij petere vel recipere vltra formam prædictam etiam à scolaribus sponte soluẽtibus vel promittentibus sub pœna priuationis sui officij &.x. lib. bonon. Et nihilominus duplum eius quod recepit restituere compellatur, dãti vel soluenti eadem pœna scilicet.x. lib. bonon. scolari imminẽte, qui vltra formam prædictam aliquid per se vel alium stationarijs sponte dederit vel promiserit, de quo cum uno teste denunciante stare uolumus iuramento.

¶ De iuramento & satisdatione stationariorum, Rubrica.

IVrent stationarij petiarum singulis annis Rectoribus de seruandis quæ respiciunt ipsorum officiũ, & q̃ statuta patenter in sua statione tenebunt quæ eorum officium tangunt ita q̃ legi & inspici valeant, & q̃ prece pretio uel alicuius contemplatione non denegabunt aliquem apparatũ vel aliqua scripta quorum habeant exemplaria & petentibus illa tradent. ¶ Item q̃ uetera exemplaria in minores pecias non reducent & noua iuxta quantitatem columnarum linearum & literarum antiquis exẽplaribus coaptabunt. ¶ Item q̃ omnes suas pecias fideliter exhibeant cum fuerint requisiti & pecias corruptas maculatas deformatas reaptent infra certum tempus à Rectore assignandum & sub pœna amissionis talium peciarum & ualoris talium nouarum. ¶ Item nulli scriptori uel alij à nostra uniuersitate priuato, dent, petiam, auxilium, consilium, uel fauorem nec cum eis habeant couersationem sub pœna priuationis. ¶ Item teneatur notarius ei dare omnia nomina scriptorum uel miniatorum, qui fuerint priuati & ipse stationarius publice in tabula in statione appendat secũdum formã de statione librorũ.

librorum. ¶ Item non possit pecias maiorare vel minorare vel vltra taxationem statuti pro pecia vel pecijs recipere quocunque colore, & dent satisdationẽ centum lib. bonon. pro quolibet de seruandis & saluandis pignoribus scolarium quæ sibi pro petijs deponentur, & de illis restituendis cum de suo salario illis secundum formam statutorum fuerit satisfactum.

¶ De pignoribus pro pecijs & ipsarum perditione. Rubrica.

CAlendarium vel librum habeant stationarij, in quo scribant pignus cum suis intersigni specificatis quod recipiunt à scolaribus vel scriptoribus eorundem. Et quia interdum contingit peciam scolari traditam perdi vel scriptori. Ordinamus q̃ pro ipsa amissa solidos.x. bonon. persoluant, & si forte altercatio foret inter stationarium & scolarem vel scriptorem super dicta pecia restituenda, & scolaris contenderet se eam restituisse super hoc, scolaris stari volumus iuramento vsque ad .x. solid. bonon. Si vero non se sed famulum suum vel scriptorem restituisse affirmet, tunc deferat Rector iuramentum alteri ipsorum, secundum q̃ sibi videbitur personarum circunstantijs ponderatis. Et si stationarius peciam amissam pro qua satisfactũ est prout superius est expressum recuperauerit, volumus q̃ pecunia sibi soluta scolari restituatur, eo tamen deducto q̃ stationarius pro recuperatione de suo soluerit peciæ amissæ.

¶ De pœna stationariorum qui scriptoribus vel correctoribus intdrdictis pecias conseruiũt. Rubrica.

LIbrorum vel peciarum stationarius, qui pecias ad corrigendum tradiderit interdicto, postquam nomen per generalem bidellum fuerit publicatum pro qualibet vice pœnam.xx. solid. incurrat quam si soluere recusauerit ex tunc, interdicto, eius statio supponatur & credatur si Rect. videbitur sacramento accusantis, dum tamen de corpore vniuersitatis nostræ sit accusans, & nullus stationarius sit ausus dare per se vel alium opus aliquod pro scribendo vel corrigendo vel quocunq; opere faciendo alicui qui sit de nostra vniuersitate priuatus. Et si quis contrariũ fecerit sit ipso facto priuatus. Et Rect. infra tres dies postquam ad eorum noticiam peruenerit, ipsum vel ipsos & eorum stationes priuatos faciant nunciari, nec possit restitui nisi prius vniuersitati nostræ soluat quinque lib. bonon. & si Rect. videbitur si accusans sit de nostra vniuersitate, eius credatur sacramento. ¶ Statuentes q̃ stationarius quilibet omnium scriptorum correctorum, miniatorum & ligatorũ priuatorum nomina in statione sua in publico affixa. habere teneantur. Et si infra duos dies à tẽpore priuationis nomen alicuius priuati ponere secundum prædictam formam neglexerit quiuque solid. bonon. pro priuato quolibet puniatur. ¶ Præterea statuimus q̃ bidellus generalis nomẽ cuiuslibet prædictorum priuatorum, prima priuationis die stationarijs si per notarium vt tenetur non fuerint tradita sub pœna quinque sol. pro quolibet priuato in scriptis tradere teneatur.

¶ De taxationibus peciarum, & quinternorum, Rubrica.

MAtura deliberatione, factam ab olim taxationem librorum & pretij quod pro ipsorum exemplarijs debetur stationarijs peciarum statutorum numero volumus inseri. Statuẽtes q̃ ad hãc taxationem deinceps fiat solutio peciarum saluo eo q̃ cauetur supra statuto, quod incipit fide iuss. Item si stationarius extra ciuitatem infra viginti miliaria exemplaria commodat duos denarios vltra taxationem banc possit recipere de quaterno. ¶ Si vero vltra viginti miliaria cum primo cui commodat paciscatur ad votum adijcientes q̃ pro pecia qualibet, cuius in præsenti statuto, mentio non habetur, non accipiantur vltra quatuor denar. sicut in alijs statutum est quod in alijs locum habere volumus si pecia in boñ. fuerit commodata. Si vero extra bonon. tunc dispositionẽ in hoc statuto præsenti habitam de pecijs commodatis extra bonon. firmam volumus permanere, prohibentes neminẽ stationarium pecias aliquas extra bonoñ. vltra triginta miliaria commodare seu præcario concedere pœna decem solid. pro pecia qualibet & totiens quotiens contrafactum fuerit, ei qui contrafecerit imminente.

¶ Taxatio talis est.

¶ Lectura Domni Hostiensis	156	quaterni taxari	libr.	2	sol.	10.
Summa tunc Archiepiscopi	60	quaterni taxati	libr.	1	sol.	0.
Apparatus Domini Innocentij	43	quaterni taxati	libr.	0	sol.	12.
Speculum Domini Gulielmi durandi						
Lectura Domini Guidonis do Baisio.						
Archidiaconus bonoñ. & debent solui de pecia facta per eum super decreto	77	quaterni taxati	libr.	0	sol.	0 d.3
Repertorium Domini Gulielmi durandi	12	quaterni taxati	libr.	0	sol.	4.

Libellus legatorum eiusdem	9	quaterni taxatj	libr.	o	solid.	4
Rationale diuinorum officiorum eiusdem	14	quaterni taxati	libr.	o	solid.	9
Apparatus Domini Ioannis Andreæ super 6.libro decret.	18	quaterni cũdimidio taxati	lib.	o	solid.	7.
Apparatus decreti sunt	30	quaterni taxati	libr.	o	solid.	16
Apparatus decretalium sunt	19	quaterni taxati	libr.	o	solid.	18.
Apparatus super electione sunt	3	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Summa Gofredi est	18	quaterni taxati	libr.	o	solid.	7
Summa Vgutionis super decreto	80	quaterni taxati	libr.	o	solidi	c.
Libellus Gofredi in iure canonico	9	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Casus Decretalium sunt	16	quaterni taxati	libr.	o	solid.	7.
Casus Decreti sunt	20	quaterni taxati	libr.	o	solid.	9.
Compostellanus est	9	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Lectura Abbatis est	22	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3.
Disputationes Abbatis sunt	22	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Disputationes Petri de Sansona	6	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2.
Lectura Domini patricinalis super decreto	30	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3.
Libellus Domini Egidij	5	quaterni taxati	libr.	o	sol.	8.
Summa magistri Bernardi	6	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Notabilia Ioãnis de Deo sup decreto hispani	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	5
Libellus fulgerinus	7	qurterni taxati	libr.	o	solid.	4
Martiniana super decreto	18	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Summa bonaguidæ	3	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Casus Ioaunis de Deo super decreto hispani	12	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Breuiarium Ioannis de Deo	9	quaterni taxati	libr.	o	sol. 1	d.6.
Margarita Bernardi	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3.
Libellus transchedi	6	quaterni taxati	libr.	9	solid.	4
Cauillationes Ioannis de Deo	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Disputationes Ioannis sunt	3	quaterni texati	libr.	o	sol. 1	d.6.
Quæstiones Bartholomei brixieñ.	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Suffragium monachorum	8	quaterni taxati	libr.	o	solid.	4
Summa de penitentijs Ioannis de Deo	3	quaterni taxati	libr.	o	sol. 1	d.6.
Brocardi dalmasij sunt	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Notabilia Martini de fano super decreto	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Discordantiæ inter ius Canonicum & ciuile	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Summa Ioannis de Deo	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Flos super decreto	1	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Libellus de formandis libellis		quaterni taxati	libr.	o	solid.	0
Super qnadam accusatione	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Libellus iudicium est	1	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Candelabrum super decreto	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Lectura domini Diui de musello super tractatu de re.iur.libro sexto decretalium	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Memoriale decreti magistri Laurentij de polonia decretorum doctoris	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Diffinitio de voluntate in vtroq; iure cõposita	3	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Distinctiones Petri sansonis	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Pastoralis Ioannis de Deo	3	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Summa de sponsalibus eiusdem	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Textus decreti secundum pecias	47	quaterni taxati	libr.	o	solid.	10
Textus sexti libri decretalium	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	8
Textus.ff.veteris	30	quaterni taxati	libr.	o	solid.	18
Textus Codicis	27	quaterni taxati	libr.	o	solid.	17
Textus infortiati cum tribus partibus	27	quaterni taxati	libr.	o	solid.	17
Textus.ff.noui sunt	28	quaterni taxati	libr.	o	solid.	7
Textus institutionum sunt	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Textus autenticorum sunt	14	quaterni taxati	libr.	o	solid.	4
Textus trium librorum Codicis sunt	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Textus vsus feudorum sunt	1	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Textus lombardæ sunt	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2

Liber

Liber nouellarum in textu	6	quatetni taxati	libr.	o	solid.	2
Apparatus.ff.veteris	42	quaterni taxati	libr.	o	solid.	17
Apparatus Codicis sunt	32	quaterni taxati	libr.	o	solid.	15
Apparatus.ff.noui sunt	27	quaterni taxati	libr.	o	solid.	6
Apparatus infortiati sunt	27	qnaterni taxati	libr.	o	solid.	15
Apparatus institutionum sunt	32	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Textus Clementinarum, vna pecia	4	quaterni taxati	libr.	o	sol. 2	d. 3
Apparatus Clementinarum, domini Io.an.	9	quaterni taxati	libr.	o	solid	5
Apparatus autenticorum suut	9	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Apparatus trium librorum codicis sunt	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Apparatus vsus feudorum sunt	3	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Apparatus super libro lombarde	4	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Apparatus super libro nouellarum	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Libellus Rofredi in iure ciuili	28	quaterni taxati	libr.	o	solid.	14
Summa azonis cum omnibus extra ordinarijs	34	quaterni taxati	libr.	o	solid.	15
Lectnra Codicis domini Odofredi	100	quaterni taxati	libr.	1	sol.	10
Lectura.ff.veteris domini Odofredi	100	quaterni taxati	libr.	1	solid.	10
Lectura.ff.noui domini Odofredi	30	quaterni taxati	libr.	o	sol.	10
Lectura infortiati domini Odofredi	30	quaterni taxati	libr.	o	sol.	10
Lectura super institutionibus domini Ia.de Raueñ.	8	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Lectura super tribus locis Codicis	16	quaterni taxati	libr.	o	solid.	6
Casus domini Viuiani super infortiato	18	quaterni taxati	libr.	o	solid.	8
Casus domini Guilielmi pansonis super autẽ.	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	8
Gasus trium librorum Codicis	3	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Casus institutionum sunt	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Brocarda Azonis	8	quaterni taxati	libr.	o	solid.	5
Quæstiones pilei sunt	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Libellus pilei est	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Quæstiones Rofredi sunt	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	5
Quæstiones Azonis sunt	1	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Quæstiones Bernardi sunt	1	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Libellus Bernardi de orua	1	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Notabilia super toto corpore iuris ciuilis	6	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Diuersitates dominiorum sunt	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Libellus, Vberti de bubio	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Distinctiones domini Vgolini sunt	3	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Insolubilia domini Vgolioni sunt	1	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Cauillationes Bagarotti sunt	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Summa Rolandini in arte notariæ	8	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Margarita gallacerti est	7	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Reprobationes Guidonis de zuzarici super.ff.vetus	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Statuta domini Rolandini de romantijs	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	1
Summa bonaguide quæ vocatur gemma	4	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Notabilia domini Martini de fano super aut.	8	quaterni taxati	libr.	o	solid.	3
Diffinitiones domini Azonis sunt	4	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Lectura domini dini super accusationibus	5	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Lectura iuditiorum est duorum est	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Summa placentini est	16	quaterni taxata	libr.	o	solid.	5
Margarita super ordine iuditiorũ est	2	quaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Lectura dñi Petri grasi super accusationibus	3	qnaterni taxati	libr.	o	solid.	2
Lectura domini Cini de pistorio super codice		quaterni taxati ꝙ accipiantur pro pecijs				d.4
Lectura domini Ia.de beluisio		quaterni taxati ꝙ accipiatur pro pecijs				den.4

Additiones domini dini de musello super infortiato &.ff.veti quaterni texati pro pecijs den. 4.

¶ Adijcimus ꝙ pro qualibet pecia cuiuscunq; lecturæ facta etiam scripta. Anno millesimo tricentesimo nouagesimo, vsque ad millesimum quadrigentesimum possunt prædicti commodantes pecias recipere de qualibet pecia commodata intra ciuitatẽ sex den. De pecia vero commodata extra ciuitatem Bonon. intra .xxx. miliaria possint recipere octo den. & non vltra. Quod statutum locum volumus habere in his, quæ gaudent priuilegio nostræ vniuersitatis, secundum formam nostrorum statutorum.

¶ De pecijs autem scriptis à millesimo trecentesimo nonagesimo tertio volumus stari taxationi scriptæ in præsenti statuto à.§.Adijcimus supra.A millesimo autem quadringẽtesimo citra & deinceps mãdamus, plusquam quatuor den. bonon. accipi non posse intra ciuitatem. Et extra ciuitatem sex. Et si bidellus vel non bidellus habens pecias contra taxationem supradictam aliquid vltra exegerit puniatur pro qualibet vice in viginti solid. bonon. non obstante aliquo alio statuto, quàm pœnam Rectores remittere non possint.

¶ De arbitrio & potestate Rectorum & consiliariorũ super stationarijs librorum & peciarũ. Rubrica

SVper ordinata repetimus scilicet ꝙ Rectores qui pro tempore fuerint, vna cum cõsiliarijs vel ipsorum parte maiori habeant plenum liberum & generalem arbitrium circa stationarios & ipsorũ stationes in his quæ statutis expressa statuendi ordinandi prouidendi & diffiniendi ꝙ eis visum fuerit conuenire. Et per ipsos ordinata firmitatem illam habeant, quã haberent si à tota vniuersitate concorditer ordinata fuissent.

¶ De ligatoribus librorum. Rubrica.

OMnes ligatores librorum in decem dies post electionem Rectorum si prius nõ fuerint requisiti satisdationem Rectoribus præbeant quingentarum lib. bonon. pro quolibet de saluãdis libris doctorum & scolarium qui sibi ligandi tradentur. Et satisdare nolens vel non valens priuetur scolarium commertio. Et nomina ligatorum satisdantium in statione generali per generalem bidellũ publice sinr descripta. Et cum illis solis scolares negocientur & non cum alijs sub pœna periurij &.xx sol. bonon. Adijcientes ꝙ si Rectores prædictam satisdationẽ non exegerint, & eorũ prętermissione aliquis nostræ vniuersitatis aliquod damnum incurrerit, ipsi Rectores ad integram dictam emendationem, damnum passo de proprio teneantur. Statuentes ꝙ cum ipsi fideiussores vt plurimũ Rectoribus sint incogniti, bidelli generales vna cum notario vniuersitatis teneantur ipsos approbare coram Rectoribus. Et si aliquis ex fideiussoribus seu etiam omnes per ipsos approbati, minus idonei reperiantur pœnam priuationis sui officij & centum lib. bon. incurrant. Quod statutum ad omnes fideiusiones fiendas Rect. pertinen. ad vniuersitatem extendi præcipimus.

¶ Quod nullus remoueatur de officio nisi per vniuersitatem eriam si sit inutilis.

PRohibemus officialem vniuersitatis amoueri de officio nisi per vniuersitatem & si remotus, vel mortuus fuerit vel renunciauerit si sit communis tam citramontanis quàm vltramontanis in casibus in quibus prouisum non est specialiter per statuta eligantur sex discreti & prouidi scolares tres vltramontani & tres citramontani qui vna cum Rectoribus & consiliarijs officio prouideant diligenter Si vero non sit communis procedant ad electionẽ vltramontan. per omnes nationes citramõt. per electores eligantur prout alias est consuetum, & inutiles officiales teneãtur Rectores vniuersitatis referre ꝙ si illos remouerit vel aliter prouiderit in surrogatione aliorum seruetur quod proxime dictum est. ¶ Priuationes vero temporales, idest donec satisfecerint & de talibus officialibus fieri permittimus per Rectorem communiter non diuisim. Quod statutum ad bidellos generales nostræ vniuersitatis extendi volumus tãquam ad nostros officiales, necnon ad speciales bidellos.

¶ DE DOCTORIBVS AD LECTVRAS VNIVERSITATIS eligendis & scolaribus, Rubrica. Liber secũdus.

SEX Salariatarum sedium scilicet ordinarie & extraordinariæ in decretis & tertie sexti clementinarumq; cum arbore consanguinitatis & duarum in legibus, scilicet infortiati, vel. ff. noui pro diebus continuis & voluminis sub quo includi volumus Institutiones. Autenticum, tres libros codicis & vsus feudorum, & sextæ, videlicet infortiati vel. ff. noui pro diebus festiuis. Quatuor habeãt vltramontan. scolares vno anno duas in canonibus & duas in legibus. Et illo anno citramontani studentes habeant tantum duas alteram in legibus & alteram in iure canonico. Alio vero anno sequenti citramontani habeant quatuor vt supra dictum est in vltramont. Et domini vltramontani habeat tantum duas & sic succesiue ordo seruetur. Quem ordinẽ intendimus habere vires, omni tempore valituras, tanquam longa consuetudine obseruatum, hoc modo, scilicet ꝙ in anno milesimo. cccc. xxxij. quo dabuntur nouæ lecturæ domini vltramontani habeãt prædictas quatuor lecturas, & citramontani duas Anno vero milesimo. cccc. xxxiij. citramontani studentes habeant quatuor, & vltramontani duas tantum, & sic succesiue in infinitum, & iste modus nobis placuit pro decentiori. Et ne videamur immitari sententias rusticorum, diuidentium per medium omnem alium vsum irritantes, & ex nunc irritum pronuntiamus & inanem. ¶ Ad quas sedes scolares secundum præsentem modum & ordinem eligi statuimus per hanc formã scilicet ꝙ Rectores quolibet

libet anno de mense decembris in festo sancti Thomæ Apostoli, vel si illa die impedimentum occurrerit in die immediate sequenti debeant vniuersitatem conuocare, in qua vltramontan. nationes eligant. 38. scolares vltramon. tũc præsentes ea forma qua cõsiliarios eligũt. f. 19. in legibus & 19. in canonico iure studẽtes & cõsiliariæ citramõtanæ eligãt tot dem citramon. & ibi præsentes singulariter vnũ quemq; de sua consiliaria sit vt eligunt consiliarios hoc ordine, scilicet vna quæq; natio vel consiliaria eligat duos electores alterum canonistam & alterum legistam. Addentes ꝙ electores qui eligere debẽt scolares ad quẽcunq; librum inris canonici, in iure canonico sint studentes, & econtra electores qui eligere debent aliquem scolarem ad librum aliquem iuris ciuilis, esse debeant & sint omnino legistæ. Quos electores volumus per triennium iura studuisse hic vel alibi, & qui tunc temporis quo dantur lecturæ vixerint suis sumptibus & expensis. Alias esse non possint electores. De quo stari volumus eorum proprio iuramento, & hoc si in natione vel consiliaria reperiantur. Alias eum qui minore tẽpore studuerit vel alienis vixerit sumptibus in subsidium admitti nolumus. Quod si in natione vel consiliaria aliquis legista vel canonista non reperiatur, puta ꝙ omnes sint legistæ vel omnes canonistæ scolares, nationes vel consiliarie illius habeant potestatem siue licentiam eligendi & constituendi vnum alium electorem idoneum quem voluerint extra suam nationem siue consiliarium legistam vel canonistam prout tunc videbitur dum tamen de sua vniuersitate non de alijs. ¶ Sed si de aliqua natione vel consiliaria nullus scolaris omnino adesset reliqui vltramon. con suo Rectore de alia natione vltramõ. & citramon. cum Rectore suo de alia consiliaria citramontana eligant electorem tunc in vniuersitate præsentem. Hoc autem si plures nationes vel consiliariæ deficiant volumus obseruari: ¶ Item statuendo mandamus ꝙ si in aliqua vniuersitatum non adessent in sufficienti numero electores de illa, ꝙ tũc in subsidium de alia vniuersitate possint surrogare, inhibendo ꝙ nullus fingi possit vice plurium electorum. Et si in ciuitate de omnibus suprascriptis nationibus in sufficienti numero non adessent, nihilominus qui pro tempore præsentes fuerint actum lectionis lecturarum non retardent. ¶ Volumus etiam vt fraudibus obuietur ꝙ nullus scolaris possit dare vocem pro eligendo nec in electorem eligi, nisi verè scolaris sit & per totum mensem nouembris matriculatus fuerit & animum habeat studium prosequendi de quo stari volumus proprio sacramento iubentes ꝙ nullus petens lecturam possit esse elector, nec in loco electionis interesse. ¶ His pactis soli prædicti septuagintasex cum Rect. in loco remaneant, omnibus alijs sub pœna periurij recedẽtibus de loco prædicto. Et statim antequam ad alios actus diuertant vel de loco recedant vocari faciant ad se omnes qui petunt lecturas quibus præsentibus Rectores de consensu electorum deferant iuramentum ꝙ pro se tantum non alieno nomine has quærunt lecturas, & ꝙ animum habent standi & legendi in Bononia toto anno suæ lecturæ, & ꝙ nulla fraude nulloq; dolo id faciunt. ¶ Qua forma seruata si cõmode fieri possit si non die sequenti certa hora ab eisdẽ electoribus deputata vna cũ suis Rectoribus seruato in eligẽdo ordine sediũ suprascripto eligere teneãtur & debeãt scolares idoneos & sufficiẽtes, doctoribus & licẽtiatis omnino exclusis. Saluo ꝙ si ipsi doctores & licẽtiati sint scolares nostræ vniuersitatis in alio iure quã in quo doctorati vel licẽtiati fuerint valeant in dicto iure quo scolares extiterint tunc, cæteris scolaribus absque vlla prærogatiua concurrere. Qui scolares electi teneantur tempore illo quo petunt primam dimidiam salarij sui, pbare sufficienter ad minus per duos vel tres testes honestos & fide dignos se cõtinue legisse à festo sancti Lucæ vsque ad id temporis quo salarium petunt. ¶ Item præstita fideiusione iurabunt se in annum lecturæ saltim priuatam assumpturos. Quæ omnia scilicet probationem fideiusionem & iuramẽtum præstare debeant officialibus communis Bononiæ, ꝙ si non fecerint vel in aliquo de supradictis defeceriut nullo modo officiales ipsi ad dãdum salarium sint astricti. ¶ Item statuimus & ordinamus quod vota eligentium deponantur ordine iterato, scilicet ꝙ vbi vniuersitas congregari solet vel in alio loco arbitrio Rectorum & consiliariorum seu maioris partis eorum eligendo sedeat vnus sacerdos fratrum prædicatorum qui die illa missam celebrauerit eligendus per priorem dicti conuentus, posita ante se tabula super qua sit charta alba bombicina cum pugillari calamo & forpicibus omnibus dictis electoribus distantibus, ita vt quoquomodo per nullum percipi possit cuiusque eligentis votum. quæ distantia per Rectores præfiniri debeat, quàm nullus audeat vel præsumat transcendere pœna decem librarum bononorum Rectoribus seu Rectori & cuicunq; alij vice qualibet qua contrafactum fuerit imminente, & quilibet eligentium vocatus per notarium, & in eius defectu per generalem bidellum gradatim, & succesiue iurabit in manibus ipsius sacerdotis corporaliter sacrosanctis tactis scripturis idoneos & sufficientes eligere omni prece & fraude remota. ¶ Quo iuramento præstito votum suum propria manu in ipsa charta scribat in qua tantum nomen eligendi coutineatur ipsamque scindat & in manibus dicti sacerdotis consignet. Dictusque sacerdos discusso per eum ꝙ vnica tantũ cædula fuerit absque alio signo in ipsa cædula existente in eiusdem electoris præsentia in capsicula seu pixide recondat exceptis Rectoribus quorũ vterq; possit duas cædulas pro qualibet lectura scribere. Nec alius elector ad locum accedat nisi prius vocatus fuerit & votum suum scripserit, & per dictum sacerdotem cedula recondita fuerit pœna quinque lib. bonon. contrafacienti imminente. Quod si cedula vacua reperiatur vel aliquod signum inuentum fuerit prædicta cedula nullius sit effectus. Nec ad scribeudũ quisquam iterum admittatur, & si quis eligentium sine iustissima causa & tunc de licentia Rectorum

tamen expeditionem omnium electorum de loco recederet sit priuatus non solum electionis voce sed & omnis vniuersitatis commodo & honore nec restitui possit, nisi prius. 25. libr. bonon. persoluat vtrique vniuersitati pariter applican. Si autem omnes electores vel ipsorum pars maior a loco recederent & ad extraneos actus electionum negocio imperfecto diuerterent infra triduū Rectores vniuersitatem congregent & tam facta quàm omissa per illos Rectores exprimant in illa. quæ omnia ex vniuersitate iudicio pendeant & prout placuit vniuersitati dirimatur. ¶ Ipsis autem electoribus prosequentibus negocium vt tenentur cum publicata fuerint vota omnia & lectæ cedulæ in communi per manum nostri notarij scribatur electio, & fiat de forensibus non de bonon. Et ille scolaris intelligatur legitime electus in quem maior pars Rectorum & eligentium prædictorum concordauerit in eligendo, quàm maiorem partem esse declaramus in quem plures voces conuenerint licet dictæ voces non deuenerint ad maiorem partem omnium eligentium & vnus solus eligatur ad vnam sedem nō duo vel plures etiam sub conditione si primus non acceptaret infra tempus statutum vel alias expresse renunciaret. ¶ Et si electi in aliqua sede pari numero discordarent teneantur Rectores negocium illius sedis infra triduum ad illius vniuersitatem reducere, ipsius vniuersitatis iudicio dirimendum ad fabas albas & nigras reliquis electionibus in quibus maior pars eligentium concordasset in suo robore permansuris. ¶ Et vt illorum prouisio vniuersis studentibus innotescat præcipimus vt electiones factæ prima die qua intratur per doctores ordinarie per omnes scolas debeant publicari per notarium vel generalem bidellum notario impedito, & teneantur Rectores hoc exequi. Quibus etiam prohibentibus notarius teneatur hoc facere pœnam periurij & trium librarum bonon. si id prætermiserit incursurus.

¶ Post publicationem autem prædictam electi ad prædictas sedes nisi infra xv. dies à die publicationis numerandos in manibus Rectorum singulariter saltem si communiter non possent haberi renunciauerint per manum notarij instrumento rogato intelligantur acceptasse ac etiam si expresse acceptauerint sint astricti.

¶ Vbi autem alter Rector tempore in præsenti statuto comprehēso negligentia vel fraude ad electionem noluerit procedere concedimus ꝙ alter Rector possit ad debitam electionem procedere & valeat & teneat quod fecerit ac si ambobus præsentibus actum fuisset, dum tamen pro tempore suam tantū generaliter fecerit vniuersitatem conuocari, idem dicimus in quocunq; negocio vel actu in quo ambo Rectores debent simul adesse secundum eam nostram limitationem ad finem cuiusdam cap. supra cō prehensam, quod inchoatur, charitatis honestum &c. & supra proximi decret. stetur relationi nostræ de quo appareat scriptura. ¶ Verum quia ex experto scimus multos nominatos tempore electionum fiendarum causa impediendarum vel saltim protellandarum ipsarum electionum. Ideo volentes fraudibus illorum obuiare præsenti constitutione statuimus ꝙ nullus eligatur ad aliquā ex suprascriptis lecturam, qui non fuerit præsens tempore electionis in ciuitate bonon. & iurauerit in manibus Rectorum, vt supra nisi forte ex causa sit absens & habitationem tunc temporis in dicta ciuitate Bonon. habuerit infra mensem tamen rediturus & accepturus electionem de eo factam alias habeatur pro non electo, & ex tunc infra triduum fiat electio noua de alio per eosdem vel alios electores, secundum ꝙ vniuersitati placuerit, & si aliter electus fuerit ipso iure electio de ipso facta nullius sit momenti. Sed quia posset tangere aliquem nō nominatum fore electum, & alios in vocibus pluribus superare. Ideo sub pœna periurij præcipiendo mandamus ne aliquis eligatur nisi primo sit nominatus publicè in vniuersitate & si electus fuerit electio de ipso facta ipso iure viribus non subsistat. ¶ Istud autem statutum respicere volumus futuras tantum electiones non præteritas, nec volumus ꝙ hoc statutum in aliqua sui parte liget exemptos à nostris statutis, ita tamen si de eorum exemptione plene & perfecte probetur, sed proponi & eligi possit & lecturam prosequi & salarium percipere in quocunq; gradu existāt. Bonon. autem non eligatur, vt supra dictum est nec prætextu cuiuscunque priuilegij seu dispositionis possit eligi pœna periurij &. x. sol. bonon. electoribus imminente & nihilominus electio de eo facta sit nulla, nec possit inter consiliarios proponi nec per eos, nec per alios ꝙ alicui contra hoc statutum fiat gratia, nec Rectores sub pœna periurij quàm ipso facto incurrant super tali gratia obtinenda conuocent consiliarios nec vniuersitatem. Et si contingat ob aliam causam Rectores conuocare consiliarios vel vniuersitatem & de tali gratia obtinenda fuerit de facto propositum siue obtineatur gratia siue nō quilibet proponens ipso facto in ipsius propositionis liminibus sit periurus & tanquam periurus sit priuatus ipso omni commodo & honore nostrę vniuersitatis, & ꝙ exinde factum fuerit ipso iure non valeat, etiam si per vtranque vniuersitatem fuerit facta gratia. Rectores vero si inter consiliarios vel in vniuersitate proposuerint vel proponi fecerint vel proponentem adiuuerint & hoc statutum tollēdo statim & ipso facto sint periuri & tanquam periuri priuati commodo & honore nostræ vniuersitatis, quam pœnam volumus eos Rectores incurrere si statim cum adiuuerint proponentem non discesserint effectualiter de loco illo ita ꝙ nihil sit pro illa die & sequenti die vtili talem proponentem pronū ciauerint periurum & priuatum commodo & honore nostræ vniuersitatis. ¶ Hoc autem statutum legi volumus singulis vicibus quibus ad aliquam electionem procedi debet pœnam periurij ipso iure incursuri Rectores si istud statutum totum legi non fecerint, cum est congregata & conuocata vtraque vniuersitas, vel saltim vna pro electione & celebranda antequam fiat propositio de aliquo pœnam Rectoribus

ctoribus decem librarum bonon. imponentes & notario vniuersitatis quinq; lib. bonon. si hoc fuerit prætermissum. ¶ Hoc statutum nulla alia consuetudine hactenus in contrarium obseruata volumus quo ad omnia inuiolabiliter obseruari ac omnem alium vsum hactenus obseruatum irritantes quem ex nunc irritum pronunciamus & inanem. ¶ Vt autem ordo electionis appareat volumus ꝙ primo fiat electio ad lecturam ordinariam decreti. Secundo ad lecturam extraordinariā decreti. Tertio ad lecturam sexti & clementinarum. Quarto ad lecturam infortiati vel. ff. noui. Quinto ad lecturam voluminis. Sexto & vltimo ad lecturā. ff. noui vel infortiati pro diebus festiuis & Rectores pœnam. x. lib. bonon. incurrant si hoc statutum non fecerint obseruari.

¶ De forma iuramenti doctorum. Rubrica.

BAiuli legis vtriusq;. ſ. doctores iuris cano. & ciui. actu legentes singulis annis iurabunt, Rect. omnia statuta facta & facienda seruare approbata & iurata per vniuersitatem, obedire Recto. in licitis & honestis, & ꝙ ad vocationem Rectorum venient quotiens per generalem bidellum fuerint requisiti sub pœna. xx. sol. bonon. & ascendent palatium & proponent coram potestate capitaneo antianis, & alijs officialibus communis Bonon. communiter & diuisim per ipsos Rectōres iniunctum. Ac etiam teneantur prædicti Rect. exigere à dictis doctoribus specialiter iuramentum de non aduocando neque procurando contra aliquem scolarē nostræ vniuersitatis sub pœna periurij & priuationis omni commodo & honore nostræ vniuersitatis in quam volumus incurrere ipso facto, nisi doctor esset iuridice & legitime exemptus super hoc. De qua exemptione coram Rect. & consiliarijs infra. xv. dies computandos à die citationis requisitionis seu vocationis de eo facto ad iuramentum præstandum facere debeat plenam fidem. Et si infra prædictum terminum plenam fidem non fecerint omni modo iurare teneatur, & Rectores sub prædicta pœna sint astricti ad exequendum. ¶ Et si aliquis doctor peremptoriæ requisitus non venerit ad iurandum vel ad allegādum suum priuilegium, vt supra diximus prædictis Rect. secundum formam prædictam non possit illo anno facere collectam suam, & vltra hoc Rectorum arbitrio puniatur. ¶ Statuimus ꝙ Rectores super hoc iuramento alicui doctori nullam petitionem vel propositionem inter consiliarios vel in vniuersitate recipere vel facere audeant pœna periurij ipso facto imminente Rectoribus vel Rectori si contrafecerint per se vel per alios etiam si ab hoc solummodo se habilitari petierint eadem pœna imminente consiliario vel scolari & pœna priuationis si contra hoc aliquid per se vel alium presumpserint quoquomodo vel ingenio attemptare, quàm pœnam priuationis & periurij scolaris vel proponens ipso facto incurrat, & si de facto fuerit concessum illud quod fuerit petitum ipso iure non valeat. ¶ Doctores autem non legentes ad generales conuocationes vniuersitatis astringi nolumus. ¶ Volumus tamen ꝙ doctores non legentes non possint præsentare ad priuatum vel publicum examen aliquem qui sit vel erit priuatus vel prohibitus à Rectoribus nostræ vniuersitatis, & hoc teneantur singulis annis iurare in manibus Rectorum, ac etiam ꝙ nihil facient in præiudicium nostræ vniuersitatis. ¶ Quod si aliquis doctor non legens inuētus fuerit cō tumax in iurando Rector secundum formam prædictam vel inobediens Rect. pro qualibet inobedientia pœna. xx. sol. mulctetur. Et nullus qui gaudeat vel gaudere velit priuilegijs nostræ vniuersitatis possit sub eo taliter continuate recipere conuentum in iure canonico vel ciuili vel priuatam examinationem vel aliquod doctoratus insigne. ¶ Et quilibet Rector elapsis prędictis. xv. diebus sub pœna periurij suum scolarem prohibere teneatur, & si scolaris prohibitus per Rectores vel Rectorem quicunque sub illo doctore subierit priuatam vel publicam vel recepit aliquid insigne vltra pœnam periurij exigatur pœna. xx. lib. bonon. vtrique vniuersitatis applicanda. Hoc si vterque Rector prohibuerit. Quæ doctorum contumacia infra annum non valeat relaxari vt fiat habilis ad prædicta, licet ad suam inobedientiam purgandam Rect. secundum formam statutorum prędictorum pręstet iuramentum, & qui contrafecerit etiam si solum se fecerit per talem doctorem archidiacono pręsentari ipso facto sit priuatus ultra pœnam periurij, quod intelligimus ut supra diximus, & notarius teneatur ex ui huius statuti publice denunciare priuatum, & etiam Rectores ad hoc faciendum teneantur compellere prędictum notarium, & quilibet scolaris qui hoc sciuerit teneatur in virtute prędicti iuramenti talem sic priuatum contra formam huius statuti sic facientis Rect. denunciare ut priuatus per notarium publice nunciētur. Si uero dictus scolaris sic priuatus sit, de uniuersitate nunquam possit esse amplius immo & si per Rect. ignoranter fuisset receptus ex ui huius statuti reputetur tanquam priuatus & scolares teneantur eum uitare tanquam priuatum omni commodo & honore uniuersitatis, & nullus scolaris ipsum admittat in societate. ¶ Prędicta omnia uolumus inuiolabiliter obseruari pœnam periurij & priuationis officij imponentes Rectoribus, quàm pœnam ipso facto incurrant uel si ipsi proposuerint uel proponentem audiuerint de tollendo isto statuto in toto uel in parte, & si de facto contingeret aliquid esse obtentum cōtra seu prętereistud statutum uolumus ipso iure quod factum est nullius esse momēti.

¶ De inchoatione studij & festiuitatibus per doctores celebrandis. Rubrica.

BOnoniæ studere volentibus viriliter prouidendo, statuimus q̃ singulis annis de mense octob. die immediate sequenti festum sancti Luce studium debeat inchoari. s. vt ea die si festiua non fuerit alias proxime sequenti, primo. s. incipiant decretistæ principiando vt de more hactenus fuit seruatum. ¶ Sequenti vero die etiam non feriata incipiant omnes alij adeo q̃ super prorogatione studij faciendi principij Rect. cum consiliarijs nullam habeant potestatem, nec super hoc ad petitionem alicuius doctoris vel alterius personæ vllo modo vniuersitas valeat congregari ¶ Volumus autem q̃ finito sermone decretiste Rect. & consiliarij ex debito iuramenti & omnes alij scolares ex debito honestatis statim conueniant apud ecclesiam prædicatorum & ibi audiant missam de spiritusancto cum cõmemoratione virg. glo. Fratres autem tunc in alta voce sine nota prolixa officium misse cantantes infra cancellos stare poterunt choro superiori & inferiori dimissis scolaribus ¶ Adijcientes q̃ doct. legẽtes tam ordinarie quàm extraordinarie lectiones continuent, nec festa pro libito faciant, sed solum his diebus à lectionibus abstineant quos vniuersitas statuit venerandos & qui per generalem bidellum festiuandi per scolas fuerint nunciati. Statuentes q̃ si doct. huius statuti extiterint transgressores pœnã. xl. solidorum, ipso facto incurrant, pœna periurij non obstante. ¶ Et hæc pœna omnino debeat per Rectorem vel de suo in ipsorum sindicatu debeant resarcire vniuersitati. ¶ Volumus tamen q̃ diebus festiuis præterquam in specialiter numeratis doctores possint disputare vel repetere cum oppositis & quæsitis, à lectionibus tunc omnino etiam volumus abstineri, nec propter alicuius doctorãdi publicã vel priuatam lectionem dimittant. Tardari tamen vel mutari possit hora extraordinaria de nonis ad tertiam, & econuerso subeat causa iusta in die Iouis cum vacatur propter festum in septimana non occurrens aliqua extraordinaria legi non possit per ordinarios vel extraordinarios salariatos vel alios. ¶ Possint tamen repetitiones & disputationes licite fieri ea die. ¶ Nolumus tamen per hoc statutum derogari vbi aliter specialiter sit prouisum. Permittimus tamen q̃ extraordinaria. ff. noui vel infortiati & sextus & clementinæ legi possint in die iouis vel alio festo non solemni siue per doct. siue per licentiatum. ¶ Concedimus etiam q̃ scolares & baccallarij possint legere quandocunque. Vt autem certa sint illa festa, quæ per vniuersitatem nostram celebrari debent & solent ea duximus, in statutis vniuersitatis nostræ ad perpetuam rei memoriã redigenda, ne alia festa per scolas pronuncientur inhibẽdo.

De mense Ianuarij
Circunciſio dñi nostri Iesu xp̃i
Epiphania domini.
Sancti Antonij abbatis
Sanctæ agnetis virginis
Sancti Vincentij martiris
Conuersio sancti Pauli.
De mense februarij.
Purificatio sanctæ Mariæ virg.
Sancti Blasij ep̃i & martiris.
Sanctæ agathe virginis
Cathedra sancti Petri
Sancti Mathie apostoli.
De mense Martij.
Sancti Thomæ de aquino ordinis prædi.
Sancti Gregorij pape
Sancti Benedicti abbatis
Annunciatio beate Marie virg.
De mense Aprilis
Sancti Georgij martiris
Sancti Marci euangelistæ
Sãcti Petri martiris ordinis p̃di.
De mense Maij.
Sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum
Inuentio sanctæ crucis
Sancti Ioannis ante portã latinã
Sancti Michaelis archangeli victoria
Sancti Saluatoris
De mense Iunij.
Festum corporis & sanguinis Christi
Sancti Proculi
Sancti Bernabæ.
Natiuitas sancti Ioannis baptistæ
Sanctorum Petri & Pauli apostolorum.
Commemoratio sancti Pauli Apostoli.
De mense Iulij.
Sanctæ margaritæ
Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Sancti Iacobi apostoli
De mense augusti.
Sancti Petri à vinculis.
Sancti Dominici confessoris
Sancti Laurentij
Assumpsio beate Marie virgi.
Sancti Bartholomei
Sancti Augustini
Decollatio sancti Ioannis Baptistæ.
De mense septembris.
Natiuitas sanctæ Mariæ virgi.
Exaltatio sanctæ crucis
Sancti Mathei apostoli
Sancti Michaelis
Sancti Hieronymi.
De mense octobris
Sanctorum Petronij & Francisci patronorum ciuitatis Bonieñ.
Sancti Dionisij
Sancti Lucæ euangelistæ
Sãcti Simonis & Iudę apostolo
De mense nouembris
Festiuitas omnium sanctorum
Commemoratio omnium fidelium defunctorum
Sancti Martini episcopi
Sanctæ Catherinæ virginis
Sancti Andreæ.
De mense decembris
Sancti Nicolai episcopi & confessoris
Sancti Ambrosij
Sanctæ dei genitricis conceptio
Sanctæ Luciæ virginis
Sancti floriani
Sancti Thomę apostoli
Et deinde propter natiuitatem vsque in finem mensis
Festum carnispriuij cum die prędenti & sequenti
Festum ascensionis domini
Festum autem resurrectionis domini nostri Iesu Christi cum tota septimana ipsum festum prędente & sequenti.
Festum etiam pentecostes cum duobus sequentibus diebus, quibuscunque mensibus occurrat volumus ipsum celebrari.

Item

¶ Item statuimus q̃ Rectores nec alij possint proponere vel proponi permittere partitum aliquod q̃ festum admittatur de nouo, & vt etiam certa sint illa festa in quibus à doctoribus vniuersitatis nostræ ab omnibus actibus tam disputationibus quàm repetitionibus & etiam lectionibus & generaliter omnibus alijs actibus volumus abstinere sub pœna periurij, &. x. lib bonon. cuilibet prædicta non obseruant totiens committenda quotiens contrafactum fuerit, quàm pœnam domini Rectores teneantur exigi facere. Alias tempore sui sindicatus teneantur soluere libras decem bonon. Quæ festa duximus inferius declaranda ad perpetuam rei memoriam statutum nostræ vniuersitatis inserendo.

De mense Ianuarij.
Circunciſio domini nostri Iesu xp̃i
Epiphania domini.
De mense Februarij.
Purificatio beate Marie virginis
Sancti Mathie apostoli
De mense Martij
Annunciatio beate marie virginis.
De mense Aprilis
Sancti Marce euangelistæ
De mense Maij.
Sanctorum Philippi & Iacobi apostolorum.
Natiuitas Ioannis baptistæ.
Petri & Pauli apostolorum
De mense Augusti
Assumptio beate marie virginis
Sancti Bartholomei apostoli.
De mense septembris
Natiuitas beatæ mariævirginis
Sancti Mathei apostoli
De mense octobris.
Simonis & iude apostolorum
De mense Nouembris
Festum omnium sanctorum.
Sanctæ Catherinæ
Sancti Andreę Apostoli
De mense Decembris
Sancti Thomæ apostoli
Natiuitas domini nostri cum tribus diebus sequenti
Item festũ ascensionis domini
Itẽ resurrectionis dñi cũ tribus dieb. p̃cedẽtibus & totidẽ seq.
Itẽ festũ ascẽsiõis. d. & p̃tecostes
Itẽ festũ corpis xp̃i quacũque die vel mense occurrerit celebrari volumus.

¶ Item volumus q̃ generales vacationes in vigilia beatę Mariæ de mense septembris fieri debeant, & vltra per modum lecturę legi non possit. Tractatus autem aliquis legi possit, vel lex siue. §. alias repetibilis non obstante aliqua consuetudine in contrarium hactenus obseruata, statutum autem istud de mense maij & de mense octobris legi debeat per scolas.

¶ Quẽ modũ debeãt seruare doctores vtrinsq; iuris in lecturis ordinarijs & extraordinarijs. Rubrica.

CVm expediat dare doctoribus tempus & horam & potissime modum cum per doctores non lecta, per scolares vt plurimum negligantur, & per consequens ignorentur. Ideo statuimus q̃ decretum legatur in hoc modo & forma. s. q̃ eligãtur duo decretores iuris cano. quorum vnus legat de mane primo anno, & incipiat in principio decretorum & legat vsque ad. xv. distinctionem, deinde transeat ad. xij. causam & illam legat vsque ad. xv. exclusiue deinde redeat ad distinctiones & illas legat continuatim cum prima causa, & in quadragesima tractatum de penitentia. ¶ Alter vero legat de sero & incipiat in secunda causa & continuet vsque ad duodecimam causam. Deinde transeat ad quintamdecimam & continuet vsq; ad finem causarum exclusso tractatu de penitentia. Et in quadragesima legat tractatum de consecrationes. ¶ Decretales vero legantur hoc modo videlicet q̃ electi de mane pro primo anno incipiãt in primo libro & illum continuent vsq, ad finem, & omues integraliter legant. Electi de sero incipiant in secundo libro, quo finito incipiant in quinto, & deinde in quarto & omnia integraliter nullo saltu facto. ¶ Sextus liber decretalium, & liber clemẽtinarum per doctores ad legendum ipsum deputatos principietur à principio dicti libri & prosequatur vsque in finem, & omnes iutegraliter legant. Electi de sero incipiant in secundo libro quo finito incipiant in quinto & deinde in qnarto & omnia integraliter nullo saltu facto ¶ Sextus liber decretalium & liber clementinarum per doctores ad legendum ipsum deputatos principietur à principio dicti libri & prosequatur vsque in finem ita q̃ Sextus & Clementinarum perficiantur ¶ Anno vero sequenti q̃ fuerit lectum de mane legatur de sero & econuerso q̃ fuerit lectum de sero legatur de mane & sic deinceps lectura sexti & clementinarum non mutata. ¶ Liber codicis legatur hoc modo videlicet q̃ in anno immediete sequenti eligantur duo doctores quorum vnus legat & incipiat de mane in prima parte, s. in principio libri & eam totam complere teneatur vsque ad sextum librum. De sero vero alter legat & incipiat in sexto libro & ipsum totum complere teneatur vsque ad finem, & sic de omnibus alijs doctoribus deputatis ad dictam lecturam. ¶ In anno eodem legatur liber infortiati hoc modo scilicet q̃ eligãtur duo doctores quorum vnus legat de sero, maxime si forensis erit & incipiat in prima parte. s. in titulo soluto matrimonio, quam totam complere teneatur, vsq; ad titulum deleg. primo. Alter vero si ciuis erit legat hora qua intratur de mane, & incipiat secundam partem. s. in titu. de leg. primo quã totam complere teneatur vsque ad finem. Anno vero sequenti legatur liber. ff. veteris. hoc modo. s. q̃ similiter eligantur duo doctores quorum vnus legat & incipiat de mane in prima parte scilicet de iustitia & iur. & eam totam complere teneatur vsque ad titu. si cer. pet. In sero vero legat & incipiat secundam partem. s. in titu. si cer. peta. & etiam totam complere teneatur vsque ad finem. Et idem de omnibus alijs deputatis ad dictas lecturas. ¶ Eodem vero anno legatur. ff. nouum s. q̃ eligantur duo doctores quorũ vnus legat in sero maxime si forensis erit, & incipiat in prima parte. s. in principio libri & eam totam complere teneatur vsque ad titu. de verb. obli. Alter vero si ciuis erit legat de

mane hora qua intratur, & incipiat in titu. de verb. obliga. quem totum complere teneatur vsque ad finem. ¶ Anno vero sequenti liber Codicis hoc modo. s. q̃ id quod lectum fuit per doctores de sero legatur de mane & econtra. s. id quod lectum fuit de mane legatur de sero & idem in infortiato, & idem in sequenti anno legatur. ff. vetus, &. ff. nouum, quæ omnia volumus obseruari. Volumen autem legatur hoc modo q̃ eligatur vnus doctor qui legat in sero & incipiat in libro autenticorum & prosequatur quantum poterit cum tribus libris Codicis & cum libro institutionum & vsus feudorum, & si aliquid de libro superit in anno sequenti reincipiatur vbi dimissum est, & sic de alijs doctoribus deputatis ad dictam lectnram. ¶ Prohibentes & mandantes omnibus doctoribus prædictos libros legentibus & quibuscunque horis legant q̃ in scriptis dare non debeant tempore ordinato ad legendum lectiones in voce. s. à missa sancti Petri vsque ad horam tertiarũ inclusiue & alijs horis in eodem statuto deputatis sub pœna. x. lib. bonon. cuilibet prædicta vel aliquod prædictorum non obseruanti pro qualibet vice qua contrafactum fuerit infligenda. ¶ Addentes q̃ doctores tam in iure canonico quàm ciuili de mane legentes intrare debeant in compana sancti Petri quæ pulsatur de mane vel ante si eis vi debitur. Nec audeat tardare ad veniendum post pulsationem dicte campanæ ad scolas pœna. xx. solid. cuilibet imminente pro qualibet vice qua contrarium fecerint. ¶ Nec possint vel debeant lectionem suam vltra pulsationem campanæ sancti Petri ad tertiam legere continuare seu complere aut aliquã vel aliquas glosas in legendo seruare vt ipsam vel ipsas post dictam pulsationem corrigat recitet seu cõpleat & scolares singuli statim exire debeant sub pœna. x. sol. pro qualibet vice cuilibet incumbente. ¶ Doctores vero de sero legentes intrent prout inferius describitur. s. doctores legentes decretum & decretales codicem & infortiatum. ff. vetus siue. ff. nouum à principio studij vsque ad festum paschę resurrectionis in hora. xx. intrent scolas & in eis legendo stent vsque ad. xxij. horam, doctores vero legentes sextum & clementinas, & volumen intrent hora. xxij. & in eis stent saltem per vnam horam cumdi midia. ¶ Post pascha vero doctores legentes decretum & decretales codicem & infortiatum siue. ff. vetus &. ff. nouum intrent hora decimanona & legendo maneant in scolis vsque ad. xxj. inclusiue.

¶ Doctores vero legentes sextum clementinas & volumen intrent hora. xxj. & in scolis maneaut vsq; ad. xxij. cum dimidia, & in prædictis lecturis procedunt per ordinem & seriatim nihilo dimisso. ¶ Decernimus etiam q̃ omnes actu legentes immediate postquam legerint capitulum vel legem glosas legere teneantur, nisi continuatio capitulorum vel legum aliud fieri suadeat, ipsorum in hoc conscientias onerando per iuramentum ab eis præstitum nec super eis non legendi clamori scolarium condescendant. ¶ Eximimus tamen tam Rectores quam doctores si prædictam formam non seruauerint & seruari fecerint à pœnis in præsenti statuto contentis.

¶ Quod nulla lex vel paragraphus dimittatur per doctores, & de ipsorum repetitionibus. Rubrica.

STatuimus, commodis singulorum prouidere volentes, q̃ nulla decretalis siue decretum siue lex vel paragraphus difficilis in finc lectionis seruetur legenda vel legendum, si per talem reformationem verisimiliter posset ipsius expeditio per pulsationem campanæ ordinatæ ad exitũ impediri. Decernentes nullam decretalem sen decretum vel legem seu paragraphum repetibilem per doctorem aliquem posse repeti, nisi prius in mane vel de sero lecta vel lectum fuerit per eum vt sic scolaribus intelligendi materia facilius præbeatur. Et teneatur repetere in volumine ad quod legendum deputatus fuerit. Et si doctor aliquis tam iuris canonici quàm ciuilis aliquam legem decretalem, uel decretum, seu paragraphum per eum lectum uel lectam ut supra dimiserit repetendum, illud illum uel illam omnino repetere teneatur. ¶ Statuentes q̃ doctores salariati repetere teneantur hoc ordine. s. q̃ à principio studij usque ad carnispriuium qualibet ebdomada fieri debeat una repetitio in iure canonico uel ciuili per doctores salariatos hoc modo uidelicet q̃ ultimo ex eis doctoratus uel approbatus in publica prima die qua ordinarie non intratur dummodo non sit dies solemnis post festum beati Lucæ repetere teneatur, & penultimus in septimana sequenti prima die qua non legetur ordinarie repetat, & sic de singulis suceisiue. ¶ Possint tamen doctores suas septimanas inuicem permutare. Et si contingat aliquem doctorem salariatum sua septimana uon posse repetere, teneatur uel substituere aliquem ex doctoribus necessario repetere debentibus, uel nunciare doctoribus per. x. dies ante suam septimanam. Et Rectores tunc sub debito iuramenti mandare teneantur alicui ex doctoribus necessario repetere debentibus ut suam necessariam repetitionem faciat. Ita q̃ illa septimana non perdatur seu prætereatur absque repetitione, nec aliquis doctor requisitus per Rectorem renuere seu contradicere possit Rectoribus eo q̃ illa non sit sua septimana. Et quicunque contradixerit uel obtemperare noluerit exigantur ab eo pœnæ nomine libræ duæ bonon. ¶ Illi autem doctores qui non nunciauerint Rectoribus se non posse repetere in sua septimana puniaurur in. xl. solid. bonon. Et nihilominus si postea ad mandatum Rectorum non repetierint puniantur eadem pœna iterum. Et nihilominus si in eorum duritia perstiterint, ut saltim infra tempus per hoc statutum repetentibus deputatum nõ repetierint, incurrant pœnam quinque lib. bonon. ¶ Si uero talis doctor qui in sua septimana repetere nõ potuerit uel aliquem ex doctoribus necessario repetere debentibus non substituerit permutando septima-

nas,

nas, nec Rectorem. Ita q̃ illa septimana necessario repetitio facta non fuerit, puniatur in quinque lib. bonon. & nihilominus repetere teneatur sub pœna doctoribus non repetentibus iniuncta, sollicitudini Rectorum vel Rectoris si aliter neglexerit in iungentes, vt taliter faciant sub debito iuramẽti q̃ nulla septimana prætereatur absque repetitione necessaria & sub necessario repetente nullus sustineat. ¶ In voluntarijs vero repetitionibus sustinentes admittimus dummodo per id tempus audiuerint, q̃ infra in titulo de scolaribus legentibus extraordinarie, &c. Est specialiter limitatum. Nec per voluntarias repetitiones excusentur ab his per hoc statutum inductis, & per quinque dies ad minus ante diem repetitionis si Rectori placuerit doctor det cedulam repetitionis suæ, quàm ea die bidellus generalis publicet, & nihilominus in die præcedenti repetitionem publicet, & cum his repetẽtibus doct. ex huiusmodi necessitate statuti nullus doctor vel baccallarius concurrere possit in hora. ¶ Finita vero septimana, vltimi. i. primo doctorati si supereſt de tempore vsque ad carnispriuium pro illis septimanis quæ supersunt repetitiones iniũgãtur illis doctoribus quibus placuerit. ¶ Si vero aduenięte carnispriuio aliqui doctores remanserint, qui non repetierint, teneantur in qnadragesima, vel post pascha omnino repetere sub pœnis supradictis. ¶ Post carnispriuium autem disputationibus intendant secundum q̃ infra in titulo, qui & quando debeant disputare &c. Est specialiter statutum. Et finitis disputationibus, si videatur Rectori & consiliarijs iniungere possint repetitiones secundum q̃ inter eos fuerit determinatum. Doctores hoc non seruantes pœnam quinq; lib. bononincurrant, nec sit alia interpellatio necessaria, nisi vt supra statuimus, ex quo istud statutum per scolas per octo dies ante finem studij anni præcedentis & in principio studij anni sequentis per quinq; dies fuerit publicatum, quod per notarium nostrum sub pœna trium lib. bonon. præcipimus publicari temporibus in hoc statuto expresis. Rectorbus autem iniungimus sub pœna periurij, quàm ipso facto incurrant, q̃ statutũ hoc omni modo seruari faciant. Mandantes eisdem sub pœna eadem q̃ à decima die octobris quemlibet salariatum legentem compellant vt deponat decem lib. bonon. vel pignus valens ad minus decem & octo lib. penes quendam campsorem, qui dicat & promittat se illas decem lib. bonon. vel pignus illud tenere nomine Rectorum vel alterius Rectoris si alter negligens extiterit vt in illa pecunia possint quẽlibet doctorem non seruantem hoc statutum punire secundum modum supradictum. Cum autem vnus Rector fuerit negligens ad obseruationem huius statuti, volumus alium habere omnimodam & plenam potestatem, quam ex nunc prout ex tunc concedimus damus & confirmamus. Pœnas vero vigore huius statuti, exigendas vtriq; vniuersitati pariter applicari volumus, nisi alter Rector fuerit (vt præmittitur) negligens, quo casu conuerti volumus tales pœnas in vtilitatem vniuersitatis cuius Rector eas exegerit. Rector vero qui negligens extiterit teneatur resartire de suo illi vniuersitati quæ sui negligentia priuata fuerit tali commodo. Addimus etiam q̃ doctores in repetitionibus suis necessarijs habere debeant libros in scolis prout in disputationibus tenere hactenus est obseruatum. Ab isto autem statuto eximimus doctores qui legerint per. xxx. annos quos tamen si contigerit repetere vel disputare teneantur & debeant ipsas repetitiones & disp utationes ponere in statione, pœnas incursuros si cõtrafeccrint prout infe rius i n titulo de quæstione disputanda est descriptum.

Qui & quando debeant dispntare & disputationibus adesse. Rubrica.

EXperto scientes q̃ in disputationibus scolarium audacia informatur & dubia producuntur in notitiam veritatis. Duximus statuendum q̃ quilibet doctor tam in iure canonico quàm ciuili legens & salariatam sedens tenens teneatur post festum carnispriuij saltim semel annis singulis disputare hoc ordine. s. q̃ vltimo doctoratus, idest approbatus in publica, prima die post introitum quo contigerit à lectionibus abstineri suam disputet quæstionem. Et proxima sequens ebdomada sit penultimi, & subsequens antepenultimi, & sic de singulis aseensiue. Habeant etiam Rectores illam potestatem in disputare debentibus quàm eis dedimus in repetere debentibus supra in Rubrica, q̃ nulla lex vel paragraphus &c. Et disputent semper in diebus quibus à lectionibus abstinent dummodo nõ sit solemnis hora qnam elegerint. Habeant tamen Rectores potestatem in talibus disputationibus fiẽdis, scilicet q̃ duæ fiãt in ebdomada si sibi visum fuerit expedire vt in titulo de repetitionibus diximus. Concedimus etiam volenti q̃ in septimana sancta possit disputare & ita procedi debet in disputationibus vsque ad festum pentecostes. Si vero propter raritatem vel doctorum paucitatem citius complerẽtur non intendimus q̃ doctores legentes pluſquam semel eo tempore disputare teneantur. Item statuimus quòd nullus doctor uel alius possit disputare in publico uel aliquid tractare ex quo diuisio aliqua in nostra uniuersitate possit oriri quòd si quis fecerit & exinde aliqua in uniuersitate diuisio seu scendalum oriatur, ipsum omni commodo & honore uniuersitatis nostræ priuare uolumus ipso iure. In una uero septimana duæ disputationes non fiant, nisi aliud fuerit uisum Rectoribus, ut supra dictũ est. Possint tamen doctores si uoluerit septimanas inuicem permutare, & licet doctor aliquis in sua no disputauerit septimana uel disputare non potuerit seruent doctores quòd diximus supra de repetitionibus, & eandem hebeant potestatem quam eis in prædicto statuto concesimus. Et doctor disputans quæstionem disputandam per octo dies, nisi Rectori contrarium placuerit: quia tunc per septem uel

ſex dies antequam diſputari debeat bidello generali tradere teneatur in ſcriptis, & ipſam per ſcolas legentium, idem bidellus ſemel legat & publicet ſcolaribus diſputandam, eamq; patenter in ſtatione teneat, vt quicunq; voluerit ipſam inſpiciat & tranſcribat. Et cum diſputatur, libros omnes illius ſcientiæ in ſcolis habeant, ſuos aut libros poſsint ſi voluerint deferre ſcolares. Adijcientes q; aliquis qui non ſit decoratus per publicam non audeat diſputare, nec ſuæ diſputationi aliquis ſcolaris intereſſe. Item q; nullus quæſtionem ſuſtineat ſub doctore diſputante diſputationem neceſſariam, & in dictam vigore huius ſtatuti cum qua neceſſaria non concurrat ea die voluntaria. ¶ Si autem diſputationem faceret doctor voluntariam die diſputatoribus ſtatuta poſsit ſcolaris ſub illo ſi voluerit ſuſtinere quem ad hoc elegerit ipſe doctor. ¶ Volumus etiam q; hora diſputationis vel poſt illam ſi poſt nouam diſputatur nullus canonici vel ciuilis iuris doctor, vel bacallarius, poſsit intrare & prius intrans teneatur exire. Et q; omnes baccalarij actu legentes, vel ad priuatam admiſsi debeant diſputationibus intereſſe, canoniſtæ ad canonicas, & legiſtæ ad legales diſputationes pœna .xx. ſolid. bon. qui adeſſe omiſerit imminente quam Rectores exigere teneantur. ¶ Debeant etiam ipſi Rectores intereſſe, ſub pœna periurij, niſi legitimam & iuſtam excuſationem habuerint. In quam pœnam periurij incidant ſi ipſimet nō interſint. Et quando ſurrexerit aliquis ſcolaris, doctor qui diſputat ſine fraude quam cito poteſt ſub pœna periurij teneatur & debeat illum audire pacifice & benigne. ¶ Et ipſi baccalarij qui ſurrexerint omnibus alijs inferioribus præferentur, & ipſis baccalarijs præferantur licentiati. Nobilis autem ſedens in primis bancis præferatur omnibus. Vbi autem non concurrant ſcolares non habentes aliquē ex prædictis gradibus ſtetur declarationi Rectorum, qui deferant cui volunt. Idem ſi occurrant exiſtētes in aliquo gradu & argumenta pro & contra ab vno & eodem fieri non poſsint. Et quod diximus de diſputationibus doctorum volumus fore idem ſi concurrant in diſputationibus vel repetitionibus ſcolarium, vel licentiati ſuſtinentis ſub doctore. ¶ Doctores hoc non ſeruantes pœnam quinque lib. bonon. incurrant nec ſit alia interpellatio neceſſaria ex quo ſtatutum iſtud per ſcolas fuerit publicatū quod per notarium noſtrum ſub eadem pœna per octo dies ante feſtum carniſpriuij per ſingulas ſcolas vna cum ſtatuto quod ſequitur præcipimus publicari. ¶ Rectores autem non facientes hoc ſeruari ſtatutū, puniri volumus eadem pœna qua puniuntur non facientes ſeruari ſtatutum ſupra in titulo q; nulla lex vel paragraphus &c. ¶ Priuilegiamus autem doctores qui legerint per vigintiquatuor annos, vt per reſponſalem diſputare poſsint.

¶ De quæſtione diſputanda & in ſcriptis danda Rubrica.

EXpedit quod diſputatarū quæſtionum & repetitionum copia poſsit haberi. Quare ſtatuimus q; doctor diſputans vel repetens per ſe vel per alium, quæſtionem vel argumēta & ſolutionem ſuā prout melius poterit recoligat & in groſſa litera in pergameno conſcribat vel eo dictante per alium conſcribantur, nec alij iſtud officium dictandi committat ſub debito iuramenti. Decernentes q; ipſe doctor quæſtionem ſic diſputatam vel repetitionem correctam & examinatam per eum vt ſupradictum eſt infra menſem numerandum à die diſputationis vel repetitionis factæ in virtute præſtiti iuramenti bidello tradere debeat generali, q; ſi facere diſtulerit pœnam decem ducatorum auri ipſo iure incurrant de eorum ſalario perſoluendam quam noſtræ vniuerſitati volumus applicari. ¶ Et ſub eadem pœna teneantur & debeat idem doctor in diſputatione quam in ſtatione poſuerit reſpondere per ordinem iuribus in conrrarium allegatis. Volumus etiam q; copiam quæſtionis diſputatæ quam tradunt apud ſe retineant doctores ſub debito iuramenti. Et ſi hoc obſeruari non facerent Rectores pœnam decem lib. bonon. incurrant pro qualibet diſputatione.

De abſentatione doctorum. Rubrica.

FOrmidantes & merito doctorum abſentiam, ſtatuimus ne quis doctorum in iure canonico vel ciuili legens, vltra fines epiſcopatus bonon. ſe debeat abſentare tali abſentia etiam per quam vnicā lectionem oporteat ipſos dimittere vel alium ſubrogare, niſi ſecundum modum iſtum, videlicet q; ſi aliquis doctor legens vt ſupradictum eſt pro legitima cauſa ſe voluerit abſentare. Primo à ſcolaribus ſuis licentiam petere teneatur. Qua obtenta demum Rectoribus cauſam ſuæ abſentię exponat, & ſi ab eis fuerit comprobata tunc Rector vna cum conſiliarijs à tali abſentando recipiant depoſitum cē tum lib. bonon. vel valoris & tunc licentiam concedere poſsint tantum octo dierum vel infra vniuerſitate non vocata, & ſi infra terminum qui ſe abſentat non venerit ipſo facto depoſitum perdat & vniuerſitati applicetur, nec pœna poſsit remitti, doctor vero qui ſe abſentauerit huius ſtatuti forma non ſeruata ipſo facto priuatus ſit omni vniuerſitatis cōmodo nec reſtituatur niſi per vniuerſitatē & prius centum lib. ipſi vniuerſitati ſolutis. Prædicta locum habeant niſi doctor reipub. cauſa fuerit coactus ſe abſentare. Volumus tamen q; quamuis de cauſa aliquis doctor ſe abſentauerit ſeruata hac forma, teneatur dimittere vnum idoneum loco ſui qui dimiſſas continuet lectiones præſcripta pœna contrafacientibus imminente, quam pœuam priuationis & non reſtitutionis, vt ſupra doctor preſens incurrat qui

qui ab inchoatis lectionibus ſine legitima deſtiterit cauſa, interueniente ſubſtitutum idoneum dimittere teneatur Præterea ſcolaris ipſius doctoris abſentiam teneatur per ſacramentum præſtitum Rectori accuſare. Et legatur iſtud ſtatutum infra .xv. dies poſt ſtudij initium.

¶ De rogationibus per doctores ſcolaribus non faciendis. Rubrica.

FRuctum ſcientiæ per aliquas præces impediri nolentes, ſtatuimus q; nullus ſcolaris vel doctor p ſe vel per alium rogare tacite vel expreſſe re uel verbo vel quocunq; alio colore verborum in ciuitate vel extra quemcunq; ſcolarem vt eum audiat ſub virtute præſtiti iuramenti & pœna decē librarum bonon. nec ſcolaris vel quis alius alium ſcolarem rogare debeat ſub dicta pœna præſtiti iuramenti. ¶ Ad ſupradicta autem volumus doctores coarctari, & in eis tantum intelligi. ¶ Scolaribus vero licitum ſit inuicem ſe rogare, vt eorum aſsint principijs vel libri inceptioni vel tractatus ſecundum libitum voluntatis. Adijcientes ne quis bidellus alicuius doctoris legentis hora qua legitur, ſcolas alterius doctoris ſine cauſa intrare iuſta vel morari debeat pœna priuationis, niſi quadraginta ſolid. bon. noſtræ vniuerſitati ſoluerit, vice qualibet imminente. ¶ Quod ſtatutum vt licitum ab illicito diſcernatur volumus in principio ſtudij & etiam circa finem ſtudij legi per ſcolas ſingulas, pœna periurij &. xl ſolid. bonon. imminente notario ſi legere per ſcolas ſingulas duxerit omittendum, & ſuper hoc Rectores inquirere teneantur, & ſtare debeant vnus teſtis dicto, cum ſacramento rogati.

¶ Quod propter doctorum & aliorum exequias à lectionibus poſsit abſtineri. Rubrica.

GRatia ſepulturæ doctorum qui mortis tempore funguntur officio Rectoratus vel qui ab eodem officio functi eſſent, vel doctorum iuris canonici vel ciuilis actu legentium per vniuerſitatem honorandæ poſsit & debeat à lectionibus quæ hora funeris legendæ occurrerint abſtineri Si tamē in ſeptimana eadem, poſtea dies iouis occurreret in qua deberet à lectionibus abſtineri doctores qui lectiones perdiderint illas ea die recuperent. Et prædicta locum habeant etiam in doctoribus actu nō legentibus qui tamen per viginti annos in bonon. ſtudio cum doctoratu permanſerint & Rectore noſtræ vniuerſitatis obediuerint & iurauerint ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum. ¶ Habeant etiam locum In exequijs cardinalium & legatorum ſedis apoſtolicæ epiſcoporum bonon. poteſtatum & capitaneorum ciuitatis bonon. & antianorum tempore ſui officij & quatuor reformatorum ſtudij noſtri. ¶ Pro nullius alterius funere à lectionibus quæ de mane leguntur vacari poſsit cuiuſcunq; ſit ille præeminentiæ dignitatis officij ſiue ſtatus. Nec Rector etiam cum conſiliarijs diſpēſandi ſuper hoc habeant poteſtatem in totum. ¶ Poſsint tamen Rectores ſi contingat de mane talium ſuperius non expreſſorum exequias fieri, & debeant poſt mediam lectionem lectam pro eis honorandis cōuocare vniuerſitatem.

¶ Quod doctor priuatus non poſsit reſtitui niſi per vniuerſitatem.

GRauiorem ex perſona iudicari ſcientes iniuriam. Statuimus q; ſi quem doctorem legentem vel non legentem per ſtatuta vel per Rectorem tantum vel per ipſos & conſiliarios priuari contingat, priuatio ipſa non poſsit nec debeat niſi per vniuerſitatem noſtram & ſolutis per priuatum primitus viginti lib. bonon. quomodolibet releuari. Et reſtitutio aliter facta nullius ſit momenti.

De ſcolaribus legentibus extraordinarie & quantum ſoluere debeant vniuerſitati. Rubrica.

HAc prouida deliberatione firmamus q; nullus vniuerſitatis noſtræ ſcolaris debeat repetere vel incipere aliquem librum extraordinarie ſine licentia ſui Rectoris, quam licentiam Rectores teneantur concedere niſi iuſta cauſa imminente & obtenta licentia legendi incipiat die & hora qua vult ſaluo q; ſcolaris vel bonon. in quadrageſima vel aliis diebus ieiuniorum quibus legentes in nouis intrant in tertiis incipere non poſsint vel repetere hora tertię vel in exitu ſcolarium de mane. Item volumus q; nullo modo tempore in hora prędicta. ſ. exitus doctorum de mane vel in tertiis repetatur vel incipiatur in legibus vel canonibus niſi ex cauſa neceſsitatis contingat aliquem debere repetere. Scolaris autem ciuis vel forenſis incipiens titulum ſeu tractatum ſoluat vniuerſitati ſuæ ſolid. quinque bonon. Si vero legerit inſtitutiones vel tres libros Codicis vel autenticum vel vnum de libris ff. veteris vel codicis vel vnum de quinq; libris decretalium vel cauſam aliquam decretorum ſoluat decem ſol. bon. vniuerſitati. Si vero aliquid de magnis voluminibus legere voluerit. xx. ſol. bon. burſę vniuerſitatis exſoluat. Itē ſi reaſſumat lectiones cuiuſcunq; doctoris. Si autē in fraudem qnam ſemper adeſſe preſumimus, duxerit ſe velle legere titulum ſeu tractatum & probetur legiſſe vltra titulum etiam per vnam lectionem tantum exigant Rectores ſub pœna periurii duplum eius quod de iure ſoluere debet pro libro. Addentes quod nullus poſsit aliquem tractatum iuris ciuilis legere ſiue titulum, niſi audiuerit per quinque annos ad minus. nec librum al. quem niſi ſex annis audiuerit ſimiliter in decretis

non posit aliquem titulum legere vel recitare nisi audiuerit quatuor annis, saluo q̄ si prius audiuerit ius canonicum vel ciuile & de vno ad aliud transitum fecerit vnus annus de dicto tempore adimatur, & aliquis non doctor legens extraordinarie non posit aliquid à scolaribus recipere vel exigere, nec eo nomine ab eis quicquam extorquere etiam si eo tempore quo legit factus fuerit doctor, nisi de specia li gratia sit alicui per vniuersitatem vel per huiusmodi nostra statuta indultum. Nec scolaris det in virtute præstiti iuramenti. Pro pensione autem posit scolaris quinq; solid. bonon. pro quolibet scolari exigere. ¶ Statuimus q̄ nullus scolaris ciuis vel forensis posit publice decretalem aliquam legere: decretum vel paragraphum repetere cum oppositis & quæsitis: vel sub doctore quocunq; de quæstione aliqua respondere nisi decretales quinq; annis completis audiuerit, atq; leges sex annis completis. De quo tempore stetur proprio iuramento scolaris. Damus tamen licentiã Recto. dispensandi in præfatis vbi eis rationabiliter visum fuerit etiam sine consiliarijs, quod iuramentum Rectores exigere teneantur, antequam scolari omnium prædictorum actuum aliquam concedant licentiam exercendi, pœna quinque librarum bonon. Rectoribus si contra formam huius statuti concesserint imminente. ¶ Adijcientes q̄ si post tale iuramentum præstitum per scolarem, probatum fuerit prædictum scolarem non tanto tẽpore sicut iurauerat studuisse. sit ipse scolaris nostræ vniuersitatis priuatus omni commodo & honore. ¶ Prædicta extendi volumus ad decretalistas: ad iura ciuilia transeuntes: vel econtra ad legistas licentiatos iura canonica audientes.

¶ Quod Baccalarij posint bis in septimana intrare.

HOra repetitionis: vel vesperarum, extraordinarie legẽtes aliquos libros vel tractatus posint bis ad voluntatem suam intrare: & non plus: nisi forsan sextum vel clementinas: vel volumen, saluo q̄ Rectores cum vniuersitate. ex causa posint cum eis dispensare. Dum tamen cum doctoribus salariatas sedes habentibus non cõcurrant. non obstante aliquo statuto: quod in hoc cõtrarium videatur pœna viginti solidorum bonon. contrafacientibus pro vice qualibet imminente. Illos volumus baccalarios nuncupari: & pro baccalarijs haberi: etiam non aliter qui legendo prosecuti fuerint lectiones alicuius libri iuris canonici vel ciuilis: vel legem aliquam: seu decretalem repetierint publice cum oppositis & quæsitis, forma & tempore in præcedenti proximo statuto particulariter declaratis.

Triplex iuramentum promouendorum ad doctoratum, Rubrica.

ITem statuimus q̄ si aliquis scolaris voluerit promoueri in iure canonico vel ciuili. Primo per consiliarium suæ nationis: vel consiliariæ: vel si haberi non posit, per alium consiliarium suæ tamen vniuersitatis, Rectori suo debeat præsentari quem Rector non debeat admittere, nisi iuratum & matriculatum inueniat. Cui iuret se legitimo tempore audiuisse stu duisse vel alias legisse: seu repetijsse secũdum formam nostrorum statutorum. Et prædicto præstito iuramento faciat se per doctorẽ suum Archidiacono vel eius vicario presentari. Non prestito iuramento prędicto si aliquis se fecerit pręsentari: eius examinatio per menses quatuor differatur. Secundo antequam priuatam suam recipiat publice iurabit in presentia Rectorum astantium quod Rectori suo: seu doctori vel doctoribus vel scolari vel alicui alij nihil dedit uel promisit seu dabit intuitu sue promotionis uel laboris: exceptis illis personis quibus statuta nostra dari permittunt uel iubent ita tamen q̄ forma statutorum nostrorum etiam in aliis personis circa dationes debeat obseruari. Hoc autem iuramentum secundum exigat ille Rector: qui non est Rector uniuersitatis pręsentati: seu examinandi. Tertio cum sedet in maiori ecclesia promouendus ad publicam, suo Rect. publice hoc sacramentum diferenti: antequam examinatio inchoetur iuret se nunquam contra uniuersitatem nostram uerbo, uel facto, patrocinium, consilium uel auxilium pręstiturum: nec contra scolarem: nisi suam: uel suorum iniuriam prosequatur. Et si contingat eum remanere bonon. obediet Rectoribus in licitis & honestis. & uniuersitatis statuta seruabit. Hoc autem iuramentum à bonon. quia sunt de iurisditione utriusq; Rectoris, cum primo talis casus tẽpore noui Rectoratus occurreret exiget vltramontan. & citramontan. & suo nomine. Cum autem secunda promotio talis occurrerit exiget citramontan. &c. nomine vltramontan. & suo: & sic uicisim quandiu durabit ipsorum officium. Qui ordo per ipsos Rect. postmodum resumetur. Item q̄ nullus bon. prędictum iusiurandum præstare recuset: alias Recto. ambo prędicti faciãt immediate omnibus doctoribus & scolaribus in ecclesia sancti Petri astantibus: ut statim de illa ecclesia exire debeant: cum quibus ipsi Rect. exeant sub pœna prestiti iuramenti: Pœna etiam periurii ei doctorando: qui tale sacramẽtum prestare refutauerit imminẽte.

Quantũ doctorandous debeat studuisse Rubrica.

IVbemus scolarem: qui voluerit in iure canonico conuentari, nullatenus admitti: nisi audiuerit: vel alias legerit per sex annos, & hoc si simplex canonista est. Si autem studuerit in iure ciuili per quinquenium uel plus: & uoluerit in iure canonico promoueri sufficiat ei per quadriennium in iure canonico

canonico studuisse. Dum tamen per medietatem temporis audiuerit decretales: & per vnum annum decretum: & per vnum alium studuerit: & alias legerit in studio bon. vnum de quinque libris decretalium: vel vnam causam decretorum: vel ad minus triginta lectiones: vel saltim repetierit. Quod autem dicitur de tempore quatuor annorum volumus locum habere nisi Recto. suo aliud visum fuerit. Si quis autem voluerit in ciuili promoueri: non admittatur: nisi per octo annos vel ad minus per septem annos studuerit vel audiuerit, & alias legerit vnum de libris codicis vel. ff. veteris vel institutiones vel tres libros codicis, vel autenticum, vel repetierit secundum formam statuti de hoc loquentis & proclamatione per scolas publice procedente, quod volumus etiam ad canonistas extendi. Ita tamen q̄ si quatuor menses defuerint de dicto tempore nihilominus admittatur. Et si dictus præsentandus in iure ciuili, tribus annis in iure canonico studuerit eum in vno anno volumus de dicto tẽpore releuari. Si vero studuerit in iure canonico quatuor annis vel quinq; eum in duobus annis volumus releuari. Saluo iure domini archidiaconi, quod habet vel habere fuerit consuetus.

¶ De præsentatione scolarium doctorandorum. Rubrica.

CAriſsimus nostri collegij scolaris qui decorari voluerit iuxta ea quæ iam dudum per dominum archidiaconum bonon. & vniuersitatem nostri studij ordinata cognouimus, debeat per doctorẽ suum prædicto archidiacono præsentari vel eius vicario. Et Rectores rogare debeant archidiaconum vel eius vicarium vt non debeat aliquem scolarem admittere ad examinationem publicam, vel priuatam nisi fuerit iuratus suæ Rect. vniuersitat. qui pro tempore fuerit, & scolares eius honori non debeant interesse sub pœna periurij & decem sol. pro quolibet & qualibet vice. ¶ Doctorem suũ intelligimus illum vel illos quem vel quos elegerit præsentandus dummodo sit de collegio doctorum, illius iuris canonici vel ciuilis ad quod voluerit præsentari. Præsentatus autem debeat infra octo dies examinari, quod si infra dictos octo dies à die præsentationis suæ non examinetur, & tunc præsentatus dummodo ex facto uel culpa ipsius examinatio dilata nõ fuerit, posit per alium præsentari, nec posit aliquis in vna scientia nisi sub vno vel duobus prędicti vel doctorari. ¶ Tertium vero ita demum posit habere si de eo licentiam obtineat a Rectoribus ambobus vel eorum locum tenentibus. Adijcites q̄ si scolaris aliquis dictam licentiam, seu dispensationem meruerit à Rect. & tres prędicti habuerit, seu elegerit nullus doctor prętextu alicuius odij vel causa qualibet posit istum tertium electũ vel compręsentatorem nullatenus refutare: nisi causa iustissima, quę per Rectorem approbata fuerit, q̄ si contrafecerit sit ipso iure priuatus per annum omni nostrę vniuersitatis priuilegio, commodo, & honore. Nec aliquo modo infra annum prędictum per aliquem scolarem in suo priuato examine recipi posit in suum doctorem, non obstantibus statutis aliquibus nostrę vniuersitatis factis vel fiendis in contrarium huic statuto loquentibus, quibus nunc expresse volumus derogari: Non obstante etiã aliqua gratia seu exceptione uel priuilegijs forte collatis per nostram uniuersitatem in personam talis refutantis socium compręsentatorem. ¶ Rect. etiam ambo postquàm de dicta refutatione eis constiterit saltim ex iuramento scolaris examinandi, cum dicto vnius idonei testis, in triduum refutantem prędictum priuatum per annum per omnes scolas faciant publicari: Pœna periurij & uiginti librarũ bonon. eorum cuilibet si hanc publicationem faciendam iubere omiserint imminente. Ex pluribus autẽ prędicti presentatis primus prędicti presentatus prius subijcietur examini. Doctores autem, illos quos credunt honori magisterii fore dignos ad examen admittere debeant non alios, de quo eorum cõscientias oneramus.

¶ De punctis in priuata examinatione. Rubrica.

AD rigorosum & tremendum examen transire cupientes ultra socios hospicij & duodenę & scolares consanguinitate aliqua sibi coniunctos habeant cum incedunt inuitando pro suo examine fiendo solũ decẽ scolares quinq; ultramont. & quinq, citramonta. Vel ad plus uiginti, tã citramont. quã vltramont. Si qui tñ ex prędictis scolarib. socios habeãt in suis uestibus & expen. illi posint tunc licite eos commitari. ¶ Vltra prędictos, illi scolares qui sociabunt eundem & etiã sociatus, p Rect. usq; ad uiginti sol. pro uice qualibet puniri debeant: & ad hoc Rect. sub pœna debiti iuramenti penitus teneantur. Nolumus tamen q̄ per id periurij reatum incurrat. Iniungentes pœnam periurij Rect. q̄ tali scolari examinando tempore quo sibi prędicti presentatur deferant iuramentum & prestari faciãt corporaliter de hoc statuto seruando. ¶ Itinerans autem punctorũ adexaminationis causa si ante domum non sui doct. transitum fecerit, non expectet sed iter continuet inchoatum. Assignentur autem puncta de mane ante consuetam horam intrandi. i. ante inchoatam: uel saltim ante finitam pulsationem campanę ad quam intratur. ¶ Examinatio uero fiat eadem die & hora congrua uocatis ante doctoribus per archidiaconũ uel ipsius uicarium die prędicti ut de officio eius est & cum his qui prędicti fuerint horis debitis punctorum datio & examinatio expediatur. ¶ Ita tamen q̄ archidiaconus doctorem à Rectoribus uel uniuersitate priuatum, ad prędicti presentationes uel examinationes priuatas uel publicas non admittat. ¶ Doctores autem non examinantes circa materiam punctorum tantum quę

ſtiones & oppoſitiones faciant: & per eum quem examinent non præſtitas. ¶ De quo Rectores ā doctoribus collegij exigant ſacramentum. Poſtquam ſacramentum à ſcolari exigerint. Et nullus doctor antereſponſionē ſcolaris alterius doctoris quæſtionem aſſumat: niſi forte ad ipſius thema declarandū. ¶ Examinatione vero finita antequam doctores inde recedant, fiat ſolito more ſcrutinium ſigillatim & ſecrete: quo quiſque deponat an approbet vel reprobet examinatum. ¶ Item ſtatuimus ꝙ nullus doctor in priuata vel publica vel eius occaſione aliter tractet ſcolarem quàm ſuum filium faceret proprium ſub pœna contra iniuriantes ſcolaribus impoſita & periurij. Et de hoc teneantur Rectores poſt quemcunq; talem actum inquirere diligenter & ſi culpabilis quis fuerit ſic inuētus, per ſcolas publice denunciare faciant infra tres dies poſt talem actum vt prædicitur attemptatum, fore per annum ſuſpēſum ab omni noſtræ vniuerſitatis commodo & honore. Et hoc ſi nō iniuriandi probetur hoc feciſſe. Et hoc ſtatutum legatur in ſacriſtia per notarium noſtræ vniuerſitatis coram Rectoribus & doctoribus collegij in quolibet examine ſub pœna quinq; lib. bonon. ſi per notarium remanſerit quin legatur. Et ne cura conuiuij ſtudium impediat promouendi, ſtatuimus ꝙ nullus vniuerſitatis cuiuſcunque conditionis ſtatus vel dignitatis exiſtat andeat alicui etiam illis qui eum aſſociant dare in die ſui examinis vel alia qualibet, occaſione illa, confectiones vel vinum in domo propria vel aliena per directum vel per obliquū per ſe vel per aliū quomodocunq; expenſis ſuis vel alienis. Quod ſi quis licentiādus vel licētiatus contrafecerit volumus ipſum tunc ipſo iure priuatū noſtræ vniuerſitatis cōmodo, & honore exiſtere, nec ante poſſit reſtitui quàm centū lib. bonon. ſoluerit vniuerſitati. Adijcientes ꝙ nullus licētiatus poſſit quacunq; occaſione die ſui examinis vel alia, vt ſupra cōuiuium aliquod facere in domo ſua vel aliena per ſe vel alium ſuis expenſis vel alienis modo quocunq; pœna prædicta contrafacien. imminente. Nec Rectores habeant poteſtatem ſuper hoc diſpenſandi, immo ipſo facto ſint periuri & priuati commodo & honore noſtrę vniuerſitatis ſi conſenſerint quoquomodo ꝙ fiant diſpenſationes vel audiuerint propoſitiones de iſto ſtatuto tollendo. ¶ Nolumus tamen hoc ſtatutum ad ſcolares ciues bonon. quo ad pœnas extendi. ¶ Poſſit etiam ſcolaris licite ſi voluerit mittere Archidiacono vel eius vicario. Item doctoribus in examine aſtantibus antequam de examine recedant mitere confectiones & vinum. ¶ Inhibemus etiam officialibus noſtris ſpecialibus vel generalibus in priuato examine quicquam dare ſtatutis non expreſſum, conſuetudine contraria tanquam iniqua irrationabili & grauoſa reprobata. Recipientibus & etiam dantibus ſponte vltra pœnam periurij quinq; lib. bonon. pœna exigenda infra triduum ipſo iure infligenda. ¶ Item ꝙ nullus bidellus vel notarius cuiuſcunque doct. ſiue archidiaconi poſſit ſe de vino vel anquiſtarijs, ſeu confectionibus immiſcere ſub pœna periurij niſi fuerint bidelli generales qui poſſint ſe immiſcere ad voluntatem examinandi. Prohibemus etiam ne in die prædicta vel alia, occaſione illa ſit ſonitus tubarum vel aliorum inſtrumentorum in domo examinandi, nec aliquæ fiant choreę examinationis illius cauſa. Et hoc ſtatutum à verſiculo. Et ne cura. &c. Vſque in finem, ſingulis annis ſaltim per biduum antequam fiat prima priuata examinatio quæ poſt principium ſtudij occurreret facienda, per ſcolas præcipimus publicari ſub pœna viginti ſolidorum bonon. quam notarius prætermittens incurrat.

¶ De publicis examinationibus. Rubrica.

Doctorandi cum inuitant ad publicam incedere debeant ſine tubis vel inſtrumentis quibuſcunque, & bidellus archidiaconi bonon. ac etiam bidelli doctorum ſub quibus publicam debeant recipere debeant ipſum præcedere equitando, nec illo ſero poſſint facere conuiuium, niſi inter ſcolares de eadem domo vel niſi inter coniunctos ipſi doctorando in primo ſecūdo & tertio gradu vel etiam quarto. Nullus autem Rectorum cum illo illa die equitate præſumat, ſcolares autem vltramōt. vltramonta. & citramontani citramontanum de domo qua inhabitent ad ſanctum Petrum cum illuc pergit recepturus publicam, ſociare teneantur & tunc in eccleſia herbæ uel paleæ non ponantur. ¶ Omnes autem vltramontani & citramontani interſint in publica & omnes de ſancto Petro poſtea ad domum aſſocient doctoratum ſub pœna decem ſol. bonon. Quam Rectores infra octo dies exigere teneantur. ¶ Nullus autem ſcolaris in alicuius ciuis vel forenſis ſcolaris publica, ſe pro chorea vel brigata ſeu haſtiludio faciendis ueſtire audeat uel tunc eques haſtiludere. Qui contrafecerit pœnam periurij & decem lib. bon. incurrat, quam ſi infra decem dies poſt, requiſitus alteri Rect. non ſoluerit priuetur omni commodo & honore noſtræ uniuerſitatis. Imponentes pœnam periurij etiam Rect. illius ſcolaris qui publicam debet recipere quam ipſo facto incurrat ꝙ omnino exigat iuramentum à doctorando ꝙ die qua equitat inuitando pro publica recipienda non faciet haſtiludere ſeu bogardare pro ut hactenus ab aliquibus factum fuit, & ſi doctorandus requiſitus noluerit iurare, uel ſi iurauerit & cōtrafecerit omnino debet interdicere publicam & mandare doctoribus ꝙ non debeant ipſum conuentuare ac etiam inhibere bidello ut eius cedulam per ſcolas pronunciare non audeat, pœna arbitraria imponenda. Prædicta omnia in hoc ſtatuto diſpoſita locum habere uolumus & ualere etiam ſi doctorandus bon. fuerit uel etiam ſi forenſis fuerit qui priuilegio quocunque fuerit exemptus antiquorum obſeruantia ſtatutorum reprobata, & caſſata omni conſuetudine in contrarium hactenus obſeruata.

Adijcientes

Adijcientes ꝙ tubatores noſtræ vniuerſitatis qui debent eſſe quattuor numero ſint iſta ſolutione contenti. ſ. quilibet eorum pro aſſociando doctore nouello ab eccleſia ſancti Petri uſq; ad eius domū habeat ſolidos decē bon. ſ. libras duas. Si vero doctor nouus per ciuitatē equitare voluerit habeāt viginti quinq; ſol. videlicet lib. i. ſol. 5. Computata in his ronzeni vel equi condnctione, & quę dicta ſunt in perſona vnius doctoris per omnia repetita intelligantur de pluribus pariter incedentibus. Addentes ꝙ doctorato ſeu licentiato tantum de cuius licentia conſtet rect. ſi petierit, teſtimoniales litteræ concedā tur ſolutis in quolibet caſuum prædictorum pro ſigillo vniuerſitatis viginti ſol. bonon. vtriq; vniuerſitati & viginti notario, pro ſcriptura, & charta illarū literarū teſtimonialium. Et hoc Statutum ſaltim per Bidellum antequā fiat prima publica examinatio quæ occurret poſt principium ſtudij faciēda, ſingulis annis per ſcolas præcipimus publicari pœna viginti ſolidorum Bonon. Notario noſtræ vniuerſitatis ſi hoc omiſerit imminente. Quod ſtatutū in ſtatione generali volumus publicari ſeu apponi. Addentes ꝙ in publicis aſſumendis hora tertiarum qua itur ad ſanctum Petrum, nullus doctor vel alius legens audeat intrare: & ſi intrauerit incontinenti exire teneatur, cum incipit pulſari cāpana pro cōuētu: & omnes vadant ad aſſociandū prædictum, publicam aſſumere debentē, ſub pœna periurii, & viginti ſolidorum bonon. vtriq; vniuerſitati applicanda. Quam pœnam ipſo facto incurrant ſi prædicta non ſeruauerint. Et ſi prædictę publicę non interfuerint: niſi legitima cauſa fuerint excuſati.

¶ De ſolutione facienda, vniuerſitati, & Doctoribus, Bidellis, & aliis, per ſcolares doctorandos. Rubrica.

CVm in omnibus rebus agendis moderatio ſi ſeruanda, & rem publicam potius quam priuatam concernentes, ſtatuimus ꝙ doctorandus debeat dare vniuerſitati tres lib. Bonon. medietatē ante priuatam receptionum infra quinq; dies, & aliam medietatem quando publicā recipere debet videlicet lib. 3. Doctori autem vel doctoribus ſub quo vel quibus promouetur, ſcolaris ſoluere teneatur decē ducatos, vel duodecim, vel ei ſeu eisdem tradere decē vel duodecim brachia panni valoris vnus ducati pro brachio arbitrio doctorandi, de quo panno dictus ſeu dicti doctores ſe illa die veſtire teneantur ad honorē graduandi nec poſſint plus recipere ſub pœna periurij, & dupli eius, quod vltra receperint videlicet lib. xx. Singulis autem doctoribus iuris canonici vel ciuilis qui in actibus examinationis interfuerint, nō ſoluant vltra tres lib. Bonon. hoc modo pro punctis & examinatione priuata non ſoluat vltra quadraginta ſolidos bonon. cuilibet pro publica vero viginti lib. 3. His autem qui non interſint, pro his vicibus quibus non interſint, prædictum precium non ſoluatur, nec aliquid in fraudem ipſius, niſi doctor aliquis reipubicæ cauſa abeſſet vel corporis infirmitate grauaretur vel alia iuſta cauſa detineretur. Et ſi contrafecerit puniatur pœna periurij, & decem librarū bonon. Quā pœnā ēt incurrat qui pro eis petierit. Et quilibet noſtræ vniuerſitatis iuratus, ſi ſciuerit aliquid cōtra hoc ſtatutum proponi vel arengari, debeat contradicere. Et ne amplius ſcolares doctorum numero aggrauentur Statuimus ꝙ collegium doctorum examinantium computato doctore qui præſentat ſexdecim doctorum numerū non excedant, ſecundum ꝙ in ſtatutis ipſius collegii determinatum inuenimus. ¶ Quod ſi de facto ſupradictū numerum doctorū contingat excedere, promouendus, ſupernumerariis illis nihil ſoluere teneatur. Prohibentes inter conſiliarios vel in vniuerſitate proponi arengari, vel conſuli de doctore aliquo vltra numerū prædictū ſexdecim doctorum in collegio admitēdo pœna periurii & decem librarum bonon. ipſo facto inflicta proponenti, conſulenti, vel arengāti, niſi doctores ſecundum eorum antiquam conſuetudinem vellent aliquos ſupernumerarios habere quia tunc permittimus eis ſecundū eorum conſuetudinem, nec aliquis doctor Bonon. qui nō ſit de collegio poſſt interreſſe examinationi priuatæ vel publicæ, ut illo prætextu valeat a ſcolaribus examinandis vel doctorandis ſalarium exigere vltra quantitatem ſuperius taxatam, nec examinandus vel doctorandus etiam ſpōte, aliquid ſibi dare poſſit, vltra pœnam periurij pena decem librarum imminente. Deponatur autē pecunia apud bidellum generalem, vel notarium noſtræ vniuerſitatis: quę ſolui debet pro publico examine, vel priuato, vel etiam apud nota. collegii doctorum, non obſtante ſtatuto poſito ſupra ſub titulo triplex iuramentum promouendorum ad doctoratum. ¶ Volumus etiam ꝙ Bidellus vel Not. prædictū ſeu eorum quilibet, quem ſcolaris præſentādus eliget in depoſitarium, ipſum depoſitum nul latenus valeat recuſare pœna periurij, & priuationis ipſo iure officij ſui, eorum cuilibet qui depoſitū prędictum ſuſcipere recuſauerit imminente. eadem pœna eisdem per omnia imminente ſi depoſitū vltra taxationem in hoc ſtatuto factam exegerit videlicet pro ſexdecim doctoribus facientibus collegiū. Quod quidem depoſitum eſt in priuata examinatione vigintiocto lib. Bonon. videlicet. lī. xxviij. ¶ In publica vero quatuordecim, ꝙ intelligimus, verum ſi ſcolaris habuerit ſeu receperit duos doctores præſentantes ipſum. Si autem receperit ſeu habuerit vnum tantum tunc ſalarium pro quindecim excepto ſuo doctore ſecundum quod ſtatim ſupradiximus ſalua tamen ſemper detractione, ſi plures doctores quam duos, ſcolaris præſentandus capiat. Et mīnor numerus in collegio prædicto reperiatur quam ſupradixīmus. Nam tunc ſecundum numerum in collegio doctorum remanentium præter illum vel illos ſub quo vel quibus ſcolaris voluerit, depoſitum capiatur, videlicet pro doctore quo

 libet

libet quadraginta solidos bonon. in depositum in priuata videlicet libr. 2. ¶ In publica vero vigin-
ti pro vt superius est statutum videlicet lib.i. Cum autem publicam scolaris receperit, bidello gene-
rali vestes dare teneatur vel ducatos quatuor tantum, & eius electio sit scolaris hoc modo videlicet, q
scolaris citramontan. soluat citramontano bidello, & vltramontan. vltramontano videlicet lib. viii.
¶ Notar. vero decem solid. soluere teneatur, nec vltra possint petere, sub pœna periurii, & quinq;
lib. bonon. ratione cuius salarij, notarius ipse debeat, & necessario astringatur in omnibus publicis
examinationibus interesse, approbationes & iuramẽta, ad publicas admissorum, scribere in libro quo
dam, qui perpetuo ad vniuersitatem remaneat. Quod si non fecerit dictum salarium pro ea vice qua
defecerit recipere non possit & nihilominus pœnam quinq; librarum bonon. incurrat: quam recto
res exigere teneantur sub debito iuramenti videlicet lib.o. solid.x. ¶ Bidellum vero doctoris sub quo
conuentuatur induere teneatur, uel saltim ei duos ducatos dare arbitrio scolaris videlicet libr. iiii.
¶ Cæteris bidellis doctorum canonistarum si canonista fuerit doctorandus, vel legistarum si conuen
tuandus legista fuerit, continuate legentium, & salariatas sedes tenẽtium, quinq; solidos pro quolibet
dare teneatur dummodo actibus predictis interfint in habitu honorifico, & condecenti, & non aliter
illo modo videl. lib.o.sol.v. ¶ Statuimus q nullus scolaris canonista conuentuandus soluat aliquid
bidellis specialibus doctorum legistarum leges legentium. nec econtra sub pena periurii imminente
scolari aliter soluenti & bidello petenti. Quod si non interfuerint teneatur not. vel bidellus qui pro
tunc depositarius fuerit, scolari restituere infra biduum etiam non petenti pena dupli contrafacienti
imminente. Quod si in vtroq; iure publicam vno die receperit specialibus bidellis octo sol. tradetur
lib.o. sol. 8. ¶ Generali autem bidello sufficit vestem vnam aut loco vestis ducatos sex & sit in arbi-
trio scolaris ut supra videlicet lib. 12. ¶ Cirothecas autem bidellis vel aliam pecuniam eisdem in pu
blica dari prohibemus. Volumus tamen q scolaris qui subierit primum examẽ teneatur soluere bidel-
lo collegii iuris ciuilis si legista fuerit sol. sex bon. videlicet lib.o.sol.6. ¶ Notario eiusdem collegij sol.
20. bonon. s. lib.i. ¶ Cum vero receperit publicam cuilibet prædictorum soluere teneatur sol.x. vide
licet lib.o.sol.x. ¶ Notario autem, & bidello collegij iuris canonici, canonista scolaris soluere tenea
tur tantumdem ut supra narratum est. Saluo q pro not. archidiaconi pro priuilegio doctoratus ha-
bendo, eidem debeat solui pro dicto priuilegio doctoratus, quos scolaris eidem not. pro eius priuile
gio teneatur dare lib. tres & sol. duos bonon. videlicet lib. 3. sol. 2. Adiicientes q not. vniuersitatis pre
fatæ habere debeat a quolibet examinando tam in iure canonico quam ciuili tam vltramont. quam ci
tramont. sol. sex. bonon. s. lib.o.sol.6. ¶ Item etiam bidellus generalis vltramont. habeat & habere
debeat a quolibet vltramont. examinando sol.20. bonon. videlicet lib.i.sol.o. Item a quolibet citra-
mont. examinando sol.x. bon. s. lib.o.sol.x. Item a quolibet citramontano conuentuando sol.xx. bo
non. videlicet lib.i. sol.o. Et econtra bidellus generalis citramont. habeat, & habere debeat a quoli-
bet citramont. examinãdo sol.xx. uidelicet lib.i.sol.o. Et ab vltramont. decem. s. lib.o.sol.x. Et a quo
libet vltramont. conuentuando sol.xx. bonon. s. lib.i.sol.o. ¶ Volumus etiam q bidelli speciales do-
ctorum canonistarum siue legistarum si canonista vel legista fuerit licentiandus vt diximus supra in
ver. Cæteris, habeant & habere debeãt pro quolibet examine, & pro qualibet bidellaria eo modo quo
supra solidos. Et hoc tantummodo illi qui præsentes in examine fuerint videlicet lib.o.sol.ii. & hoc
statutum perpetuam firmitatem habere volumus non obstante aliquo statuto facto vel fiendo p quos
cunq; vel etiam consuetudine hactenus in contrarium seruata.

¶ De recipiente librum in secreto.

MAgisterii librum, seu doctoratus insignia recipiens, in secreto data, qui doctorem sub quo pro
mouetur nõ vestiat volumus q generalem bidellũm nullatenus vestire teneatur vel ei aliquid
soluere. Quod statutum locum habere volumus non solum in scolaribus forensibus scilicet
doctorandis, verum etiam bonon. quos prædicto modo accipere contingerit insignia doctoratus.
Volumus tamen q præstet sadisdationem de bidellis prædictis vestiendis vel soluendis, ut superius
est expressum in statuto proxime præcedenti in casu quo publice deberet insignia prædicta recipere,
Hoc autem statutum valere volumus quauis alia consuetudine hactenus forte in contrarium non ob-
stante.

¶ De iuramento bidellorum doctorum ordinariæ legentium, & extraordinarię.

MAndamus q Bidelli doctorum ordinarie vel extraordinarie legentium vel electorum ad sa-
larium communis Bonon. vel ad lecturam Sexti libri Decretalium, debeant iurare Rect. no
uis infra quindecim dies post creationem ipsorum & post cum fuerint requisiti, q ipsis obe-
dient, & ad ipsorum vel alterius ipsorum vocationem venient requisiti, & statuta Vniuersitatis, quæ
ipsos tangunt bona fide seruabunt. Quod iuramentum necessario rectores exigant sub debito iu-
ramenti.

Qui

¶ Qui dicantur esse bidelli & ad quid teneantur, & quantum recipere debeant pro collectis palearum. Rubrica.

NOxiam Bidellorum multiplicem refrenare volentes. Statuimus q nullus intelligatur bidellus
nec bidellorum beneficia in collectis vel salarijs doctorandorum, percipiat, nisi sit bidellus do-
ctoris ordinarie legentis de mane scilicet decretum vel decretales codicem vel digestum vetus,
vel doctoris extraordinarij salariati de sero scilicet ad lecturam decretalium Sexti & Clementinarum
Digesti noui vel infortiati Codicis vel digesti veteris de sero. Et quod dictum est de doctoribus ordi-
narie, & extraordinarie legentibus intelligi volumus de his qui in principio primæ partis vel secundę
inchoant & ipsas finire volumus, tenentur secundum formam statuti, quod incipit cum expediat &c.
Omnibus aliis exceptis & exclusis etiam si a nostra Vniuersitate fuerint electi. Nec possit aliquis duo
rum vel plurium in eadem hora concurrentium expredictis esse bidellus nec etiã in diebus diuersis
vel horis vltra quã duas possit habere bidellarias, ipsi tamen bidello vicem duorũ tenentium licentian
dus vel conuentuandus pro una tantum bidellaria soluere teneatur. Nec unus doctor duos vel plu-
res possit habere bidellos. ¶ Volumus etiam pro utilitate studii, & ciuitatis Bonon. q nullus forensis
possit esse Bidellus siue specialis siue generalis, nisi habitauerit in ciuitate Bonon. spacio decem anno
rum. Non negamus tamen q si pecias suas habuerit possit scolaribus modo debito comprestare. Vo-
lumus insuper prædictos bidellos esse ætatis decem, & octo annorum ad minus. Prædictos vero bidel
los infra quindecim dies vel post saltim infra mensem requirere teneantur Rectores de præstanda sa-
disdatione, qui requisiti teneantur rectoribus sadisdare idonee secundum conditionem doctorum,
& numerum scolarium de libris scolarium custodiendis, qui si in scolis perdantur ipsi bidelli vel ipso
rum fideiussores integraliter extimationem ipsorum soluere teneantur, alias pro bidellis non habean
tur. Et donec scolares fuerint in scolis, stent continue circa scolas. nisi pro facto scolaris uel doctoris
fuerint impediti iuste. Teneatur autem quisq; bidellus adesse repetitionibus vel inchoationibus tra-
ctatuum, quos per scolares in suis scolis fieri contigerit sub pena decem sol. bonon. pro uice qualibet.
¶ Item teneatur quilibet ex eis ponere paleas in scolis in hyeme sufficientes pro quibus collectam fa-
cere possit pro quolibet unius grossi tantum. ¶ Volumus etiam q pro eisdem paleis, & in eisdem sco
lis non possit nisi vna tantum collecta fieri. Ita q ab intrantibus de mane nõ possit de sero collecta fie
ri, & econtra. ¶ Si autem essent aliqui intrantes de sero tantum, tunc ab illis possit fieri collecta de se-
ro, & econtrario. Itẽ teneatur quilibet ex eis estiuo tempore bis in mẽse scolas suas bene purgare ab
omni immunditia, tedium scolaribus inferente. Volumus etiam q quilibet ipsorum Vniuersitatem,
& Rectores præcedere debeat cum accedunt ad festa cum cereis, uel exequias scolarium defunctorum
& cum alias cum per rect. forte palatium ascenden. uel simili modo intinerantes fuerint requisiti, pe-
na quinq; sol. bon. bidello qui sine iusta causa defuerit uel prædictis capitulis non paruerit pro uice
qualibet & ipsorum quolibet inferenda. Adijcientes q singulis annis ante inchoationẽ studij, & post
cum opus fuerit bidelli faciant scolas suas recoperiri, & ipsarum fenestras pannis lineis uel aliter clau-
di ita q scolares uel ipsorum libri aliqua pluuia uel alia ineuitabili calamitate non possint offendi.
Circa hoc esse sollicitos utrorũq; pena rect. arbitrio reseruata infra quindecim dies post
inchoatum studium per scolas publicari iubemus.

¶ De collectis bidellorum specialium. Rubrica.

NOlentes nostros ministros sua defraudari mercede, permittimus, q speciales Bidelli duas colle-
ctas facere possint in anno. Primam ante festum Natiuitatis Domini. Secundam ante festum
resurrectionis Domini. ¶ In quibus faciendis ipsi speciales bidelli sequi debeant per duos dies
generalem non obstante consuetudine aliter obseruata. ¶ Prædictis autẽ collectis nullus scolaris præ
dictos bidellos audeat defraudare. Scolares autem sedentes in primis bancis teneãtur dare bidello
scolarum suarum lib. duas bonon. ad minus pro eisdem. Scolaris pascitcens vel ex pacto dans sit pe
riurus, & bidellus pacisens vltra periurium quadraginta sol. bonon. penã incurrat. Sine pacto vero
cuiq; liceat quantum voluerit vnicuiq; elargiri dummodo non det minus quatuor sol. pena periu-
rii ei qui minus dederit imminente. Post collectas doctorum per scolas omnes uolumus publicari.

¶ De hospitijs, & eorum taxatione, & conductione. Rubrica.

ORdinamus q Rectores qui pro tempore fuerint si, & quando eis visum fuerit expedire procu
rent iuxta priuilegia nostræ vniuersitatis per commune concessa, q duo taxatores hospicio-
rum eligantur a communi bonon. & tunc ipsi rectores eligent alios duos scolares honestæ vi
tæ, & bonæ famæ, qui diutius in studio fuerint per quos quatuor iuxta priuilegia Vniuersitatis ta-
xentur hospitia. Et si domini hospitiorum hospitia sua per deputatos ad hoc iam taxata, & condu-
cta vel conducenda scolaribus ea conducere vel retinere volentibus ad taxationem noluerint dimit-

tere

tere supradictam, denuncietur eis per nunclum vniuersitatis, & nisi prædicta hospicia infra sex dies secundum formam prædictam eis dimiserint ex tunc per quinquennium sint suppositа interdicto. In hoc autem seruando eximimus rect. periurio, conentur tamen quantum possint ad id seruandũ.

¶ De pensione non augenda nisi hospitium sit melioratum, & ipsius reparatione. Rubrica.

ORaculo præsenti iubemus, ꝙ scolaris aliquis seu doctor legens retinere non possit hospicium in quo habitat pro maiori pensione vel alius de nouo conducens plus pensionis nomine soluere quam in anno solutum fuerit præcedenti pena priuationis imminente cuilibet in contrarium facienti a qua restitui seu liberari non possit nisi prius soluerit duas lib. bonon. vtriq; nostræ vniuersitati pariter applicandas, & si propter hoc doctori vel scolari volenti hospitium pro pensione præterita retinere hospes per se vel alium minas intulerit, postquam de illo per iuramentum doctoris vel scolaris facta fuerit fides rectoribus, denunciare teneãtur hospitium per trienninm interdictum. nisi hospes ꝙ dolose vel ob causam id non fecerit per testes idoneos faceret plenã fidem. Et si hospes dimittere noluerit hospitium inquilino dicens se velle illud cum sua familia vel sine in posterum inhabitare, tunc doctor vel scolaris qui inquilinus fuerit, in virtute præstiti iurmenti, & pena lib. duarum Bonon. hospitium, & pensionem præcedentis anni in scriptis reducat, quæ scriptura in omnibus pateat in statione bidelli generalis apponatur ut nec dictus hospes a doctoribus vel scolaribus exigere, nec doctor seu scolaris sibi dare vltra pensionẽ memoratã possit. Quod si dictus hospes eodẽ anno, secundo, vel tertio, hospitium alteri doctori seu scolari locauerit, teneãtur rectores sub debito iuramẽti dictum hospitium, & omnia alia eiusdem hospitis hospicia per quinquennium supponere interdicto. Et doctor actu legens vel scolaris sic scienter recipiens, quod in dubio prẹsumimus si infra quindecim dies domum intrauerit causa habitandi uel etiam plus dans, denuncietur periurus, & ab omnibus nostræ vniuersitatis commodis alienus. Et nihilominus condennetur pena decem lib. bonon. imponentes rect. penam periurii, & priuationis officij quam vel quas ipso facto incurrant si requisiti vel eorũ alter requisitus a scolari conquerenti statutum illud non seruauerint. Nec possint ipse doctor vel scolaris qui hospicia prędicta detrauerint restitui, nisi prius nostrę Vniuersitati lib. viginti bon. per solutis integre. Statuentes ꝙ Notarius nostrę Vniuersitatis supradictorũ hospiciorũ interdictũ & etiã tempus interdicti in actis redigere teneatur pena uiginti sol. bonon. imminente sibi contrarium facienti. Cui not. bidellus generalis etiam post denunciationem factam per scolas teneatur referre tale hospicium interdictum, & ne locus ignorantiæ relinquatur, dictus bidellus singulis annis tali interdicto durante scolaribus publice per scolas denunciet de mense Augusti ne talia hospitia conducant uel cõducta retineant interdicta. Quod si non fecerint vniuersitati nostræ lib. duas bonon. penæ nomine soluere teneantur. Si vero hospitium per ipsum hospitem fuerit augumentatum vel aliter melioratum seu diminutum tunc pro ipsa augumentatione, & diminutione possit augeri pensio vel diminui. prout rect. qui pro tempore fuerint, visum fuerit esse iustum. Dum tamen rect. vltra decimam partem expen. pensionem augeri non possint. Adiicientes ꝙ si hospitium a scolari conductum fuerit quod reparatione indigeat in qua scolaris defectum vel lęsionem poſset incurrere etiam post pensionis solutionem teneatur hospes infra qnindecim dies, ex quo per scolarem fuerit requisitus illud facere reparari, quod si recusauerit inquilinus id facere posit de pensione promissa. Quod si pensio soluta fuisset, & hospes restituere nollet scolari quod pro expensa necessaria impendisset licitum sit scolari vel domum retinere in anno sequenti pro eadem pensione qua illo anno retinuit vel alteri locare. Quod si propter potentiam ciuis, scolaris hoc non posset teneatur potestas summarie simpliciter, & de plano & sine strepitu & figura iudicii, cum sibi de hoc constabit, prædicto scolari facere satisfieri, & nihilominus interdicatur hospitium tale per annum, & etiam remaneat interdictum donec ipsi scolari de prædictis expen. fuerit integre satisfactum, & si inter scolarem, & hospitem super pœnis inter ipsos initis super constructione vel reparatione hospitii vel aliis fuerit orta contentio pro & contra scolarem admittatur ad probandum scolaris socius ipsius, & alij familiares, ipsius maxime, cum per alios sæpe id probare non possit.

¶ Quod nullus scolaris debeat hospitium conducere in quo alter scolaris habitet. Rubrica.

POtentioribus frenum ponendo Statuimus ut nullus nostræ Vniuersitatis sub pœna præstiti iuramenti, & amissionis commodi scolastici, & honoris & nihilominus pœna super proximo statuto inserta, audeat super conducendis aliorum scolarium hospiciis, per se vel per alium affari hospitem vel quemuis alium mediatorem verborum vel bonorũ interpositorem quamdiu scolaris idẽq; inquilinus siue habitator vnus vel plures hospitium suum voluerit retinere pro ea pensione quam anno soluerat prædicti pęna supradicta imminente ei qui contrarium fecerit, nec aliquis vniuersitatis nostræ asserens habitationem domus gratis sibi fore concessam possit inquilinum habitan. inquilinatus vice priuare pœna dequa superius mentio facta fuit contrafacienti imminente inquilinus autẽ a

festo

festo Natiuitatis beatæ Mariæ in antea quotiẽs a scolaribus vel ab ipso hospite fuerit requisitus an pro futuro anno domum suam uelit retinere dicere teneatur, nec super hoc credatur soli hospiti, sed voluntas inquilini dum eius habetur præsentia vel haberi commodo ualeat modis omnibus requiratur. Vt ergo ad omnium peruenias notitiam tenor præsentis statuti, & ut ad respondẽdum super præmissis, deliberationem habitatores habeant planiorem, quolibet anno in scolis per mensem ante tempus responsioni præfixum hoc statutum præcipimus publicari. Et si dictam domum scolarem contingat velle retinere, in statione bidelli generalis scribere vel scribi facere teneatur in die natiuitatis Beatæ Marię vel sequenti. Alioquin si non reperiatur in statione iure inquilinatus sit priuatus, nisi vnicuiq; ab eo interroganti dixerit se velle dictam domum pro sequenti anno tenere. ¶ Verum quia super iure inquilinatus inter scolares simul commorantes sæpius oriri discordia consueuit. Idcirco statuimus ꝙ ille solus in iure inquilinatus aliis præferatur qui per se solum ab hospite conduxerit, alias forte ad tollendum eorum discordiam sorte dirimatur. ¶ Volumus etiam ꝙ siquis domum conduxerit, & in ea non habitauerit demum elapso anno ius inquilinatus amittat penes inhabitan. remansurum. ¶ Itẽ statuimus ꝙ singulis annis ante festum Virginis gloriosæ de mense Augusti Rectores cum Consiliariis eligant quatuor proxenetas qui mediatoris exerceant officiũ in hospitiis conducendis inter hospites, & consulares, nisi per seipsos conducerent, per alios quam prædictos quatuor vel alterum ipsorũ hospitia non possint conducere, vel videre, animo conducendi, alia meditatione interueniente pena quinq; lib. bonon. cuilibet imminente scolari, in contrarium facienti nisi sufficientes super hoc exceptiones allegaret, & probaret, quod rectorum arbitrio reseruetur. ¶ Insuper volumus ꝙ dicti quatuor proxenetæ singulis annis teneantur ipsorum quilibet ydoneos fideiussores de quantitate triginta quinque lib. Bonon. exhibere rect. & iurare in manibus eorum fideliter, & legaliter officium suum exercere, & nullam domum facere conduci vltra pensionem anni præcedentis quod si fecerint penam quinque lib. Bonon. incurrant. ¶ Insuper volumus ꝙ Rect. hoc statutum, & præcedens sub pena periurii, ac etiam supra in eodem statuto sæpius repetita in omnibus, & per omnia obseruent & effectualiter faciant obseruari. Quod autem prædicti quatuor proxenete eligantur, relinquimus arbitrio rectorum videlicet ꝙ omnes eligantur, uel vnus aut duo prout melius potuerunt. ¶ Et ne in futurum dubium oriatur declaramus illum qui habet ius inquilinatus hoc priuilegium habere ꝙ triennio possit domum pro eadem pensione retinere. ¶ Item statuimus ꝙ si contingat ciuem uel aliũ quemcunq; cum scolari concurrere in domo conducenda, ipse scolaris aliis omnibus præferatur.

¶ De Priuilegiis Doctorum in conducentis hospitiis, & an ipsi vel Scolares conducant. Rubrica.

PRiuilegio Scolariũ in conducendis hospitiis, & conductis retinendis, gaudeant, & vtantur omnes doctores, vtriusq; iuris actu legentes, & versa uice teneantur sicut scolares abstinere ab hospitiis interdictis: quę nullus doctor legens uel scolaris conducere valeat. Et si conduxerit nisi post admonitionem dimiserit denuncietur periurus, & ab omni commodo nostræ vniuersitatis priuatus. Et ne locus ignorantiæ relinquatur hospitia taliter interdicta in statione Bidelli generalis cum expressione vici, & parrochiæ, & proprii nominis hospitis in charta cunctis uisibiliter describatur, pro hospitio uero priuato cum restituitur hospes uiginti solidos bonon. uniuersitati nostræ soluere teneatur. Statutum autem hoc huiusmodi imminente conditione tempore per scolas annis singulis recitetur.

¶ De hospitiis interdicendis propter iniurias, & damna personarum, vel illata singularibus, & studio suspendendo.

QVotiens contingerit (quod absit) scolarem aliquem Vniuersitatis nostræ, diurno tempore occidi vel vulnerari vel percuti, & malefactor captus non fuerit, & iusticiario præsentatus vel vicinia ad maleficium, vel euasionem malefactori dederit auxilium consiliũ vel fauorem possint & tenentur consiliarij vel maior pars ipsorum pro homicidio interdicere vsq; ad decem hospitia illius viciniæ vel contractæ viciniora loco illius maleficij commissi vsq; ad decem annos. Pro vulnere vero sex & pro percussione quatuor hospitia interdicere possint vsq; ad illud tempus quod duxerint arbitrandum nisi domini hospitiorũ fecerint emendam ad ipsorum rectorum, & consiliariorum vel maioris partis ipsorum arbitrium. ¶ Item teneantur Rectores cum Consiliarijs vniuersitatis quando contingit fieri homicidium vel iniuriam scolari vel scolaribus ascendere palatium, & querimoniã Potestati exponere, & quantum possint insistere vt tales uel tales inferentes iniuriam puniantur. Adden tes ꝙ si ad requisitionem Rectorum potestas seu quicunqæ alii Officiales in iusticia exhibenda negligentes extiterint. Rect. cum Consiliarijs vel duabus partibus ipsorum tam præsentium quam absentium. ad tempus, suspendi studium habeant potestatem non obstantibus statutis vel consuetudinibus quibuscunq; in contrarium facientibus. ¶ Quod si aliquos doctores vel scolares suspensionem non seruare contigerit, ipsos eo facto volumus esse periuros, & priuatos a nostræ vniuersitatis cõmo

do

do, & honore, nec restitui possint, nisi prius quinquaginta libris solutis atq; vtriq; vniuersitati pariter applicandis. ¶ Vbi autem scolari fieret iniuria corporalis sine sanguinis effusione, ut quia percuteretur vel aliter enormiter duceretur, & iniuriose prout alias de facto vidimus, teneãtur Rectores ascẽdere palatium dominorum, & Potestatis pro vindicta facienda. Et si contingat vindictam negligi licentiam damus rectoribus etiam cum solis consiliariis (si eis videbitur) suspendere studium donec de prædicta iniuria fuerit scolari plene satisfactum. Quod intelligimus si talis iniuria fuerit scolari illata sine sua culpa. ¶ Si vero scolari datum fuerit dãnum in rebus per furtum, rapinam, vel qualitercũq; & vicinia in eo, negligentia, fauore vel auxilio reperiatur esse culpabilis habeant, & teneantur ipsi Rect. & Consiliarij vel ipsorum pars maior liberam potestatem ut ad ipsorum arbtrium fiat emenda, interdicendo hospitia viciniora loco maleficij commissi ad illum numerum, & pro eo tempore, q̃ uiderint conuenire. Prouisio q̃ dolus semper grauius quàm negligentia puniatur, ut sic ipsi Rectores, & Consiliarij quibus circa prædicta merum damus arbitrium habeant potestatem ut iuris differentiã omnem conforment.

¶ De pœna hospitum qui conueniunt doctores, vel scolares propter hospitium interdictum. Rubrica.

QVicunque hospes occasione hospitii interdicti doctorem vel aliquem scolarem auctoritate sedis apostolicę vel legati uel alicuius alterius iudicis conuenerit, nisi infra octo dies a monitione rectoris vel rectorum ab ea licite desiterit, interdictum quod primo fuerat temporale ex tũc sit perpetuum, & perenne, nec possit aliquatenus reuocari, nisi de vniuersitatis voluntate uel maioris partis ipsius. Et hoc Rectores teneantur publicare sub virtute præstiti iuramenti.

¶ De renunciatione iuris inquilinatus & ipsius cessione.

REnunciare non possit scolaris nostræ vniuersitatis ante uel post conductionem hospitii iuri inquilinatus per se vel alium. Quod si quis contrafecerit ipsius renunciatio habeatur pro non facta. Et si per hospitem per penæ pecuniariæ vel iuramenti appositionem seu sub quocunque alio modo ad hoc astringatur. ¶ Et si ob hoc dictus hospes dictum scolarem duxerit molestandum, tunc dictum hospitium sit per quinquennium interdictum, & scolaris dicto iuri renuncians pro per iuro nullarenus habeatur. ¶ Scolaris tamen alii scolari de vniuersitate ius suum cedere possit, cui si non assentiat hospes, pœnę contra eum alias statutæ vendicent sibi locum. ¶ Volumus q̃ in huiusce modi cessione, socii extraneis præferantur q̃ si plures cessiones occurrant prior cessio obtineat firmitatem. q̃ si de prioritate non constat sorti dirimi uolumus quis prior debeat tunc censeri. Addentes q̃ ius inquilinatus alicui extra uniuersitatem cedi non possit, permittimus tamen q̃ si scolaris sit solus in domo, vel solus habeat ius inquilinatus, si non reperiat scolarem vel alium gaudentem priuilegijs nostrę Vniuersitatis domum illam velle habere pro certa pensione, tunc possit alteri extra vniuersitatem locare.

¶ Quod socius recedens ab hospitio dimittat claues, & cameram. Rubrica.

REcedens scolaris de hospicio, animo non redeundi, soluta prius sua parte totius conductionis temporis pensione, omne ius, quod ratione conductionis sibi competat amittat, & clauem seu claues ipsius domus, quas habuit sociis reddere teneatur. Animum vero præfatũ hospicium dimittendi recedentẽ interpetramur habere. Cum res suas omnes, vel earum, maiorem partẽ ad aliud habitandum, vel alio duxerit transferendum. Clauem autem cameræ nisi extra ciuitatem Bonon. peregrinaretur, vel ob aliam causam ciuitatem exeat, uel aliqua infirmitate vrgente etiam in ciuitate eadẽ maneat, vltra sex dies nullatenus debeat retinere. ¶ Volumus autem q̃ quandocunq; contingat socium redire in tempore conductionis, & domum seu hospicium non reperit occupatum q̃ possit domum seu hospicium libere reintrare.

¶ Quod hospites ante finem anni non possint scolaribus auferre hospicia. Rubrica.

STatuimus q̃ hospites seu locatores domorum etiam pro habitatione proprianullo, modo ante finem anni scolaribus nostræ Vniuersitatis domos locatas auferre possint, nisi eis totius anni restituant pensionem, ut saltim scolares damnum, quod patiuntur, cum prouisione hac recompensent. ¶ Quod statutum locum non habeat, nisi fraudulenter hoc hospes faciat, vt scolares iure inquilinatus priuentur. Sed tunc locum habeat statutum istud per quod specialiter prouisum est in hoc casu, cui per istud non intendimus derogare.

¶ De domibus

¶ De domibus in quibus habitant scolares non destruendis Rubrica.

STatuimus & ordinamus q̃ hospicia & domus in quibus habitant scolares non possint per cõmune Bononiæ occasione alicuius maleficij, vel delicti, vel alicuius rebellionis, vel condemnationis, vel mulctę factę de domino domus, destrui, vel inuadi per aliũ donec eas habitauerint sed libere dimittantur eisdem pro toto eo anno pro quo eas conduxerint soluendo pensionem si non soluerint q̃ debeant soluere cõmuni bonon. si ius habet cõmune in dictis hospitijs ratione cõdemnationis factæ de domino hospitij vel aliqua alia ratione, vel soluendo creditori domini hospitij, qui ratione alicuius obligationis domini hospicii ipsum hospicium occuparet vel acquireret aliter de iure. Et finito anno cõductionis possit procedi de iure non obstante habitatione scolarium. ¶ Item adicimus q̃ si contingat dominum domus vel hospicii vendere vel alienare domum vel hospicium, in quo scolaris habitauerit, non possit ipse scolaris, vel eius familia quoquomodo de dicta domo vel hospicio expelli nisi finito tempore conductionis. Hoc autem statutum sumptum fuit de camera actorum & volumine statutorum communis Bononien.

¶ Quod doctores cum consiliariis non dispensent super hospiciorum statutis.

STatuta super hospiciis conducendis edita inuiolabiliter ab omnibus seruentur. Nec Rectores etiam cum consiliariis super his cum aliquo valeant dispensare immo illum qui contrafecerit teneantur Rectores sic punire in publico sub debito iuramenti, q̃ pœna vnius, aliis trãseat in exemplũ.

¶ DE ARCA ET SIGILLO VNIVERSITATIS, ET iuramento scolariũ ipsorũ cõcernen. vtilitatẽ. Liber tertius.

RCA Vniuersitatis, in fratrum prædicatorum sacristia seruetur, in qua etiam sigillum stet vniuersitatis, de quo sigillo nulla charta vel litera sigilletur nisi præstitũ fuerit à Rectoribus, & sociis Rectorum & illo consiliario quem continget pro tempore tenere clauem tertiam secundum formam huius statuti, & coram eius lectum quod in charta contineatur vel litera & approbatum per ipsos, & tunc cum per eos deliberatum fuerit de litera vel charta sigillanda omnes prædicti interesse debeant sigillationi, nec absq; prædicta forma sigillum possit appendi, nec alii ipsorum loco substitui valeant etiam per Recto. Sigillationis autem tempore reuideant literam an sit sub illa forma, literæ tamen testimoniales non concedantur nisi scolari matriculato, vel alio qui iam fuerit de corpore vniuersitatis nostrę, nec inferantur in eis nisi vera. Iubentes ne vigore alicuius arbitrii rectori, vel alii concessi vel concedendi, possint literæ sigillari præter formam prædictam, nisi in arbitrio illo de sigillando mentio facta fuerit, & id obtentum fuerit cum solemnitate statuti loquentis de gratiis fiendis contra statuta. Verum quia per vniuersitatem nostram legitime reformatum cognouimus fuisse propter scandala pericula & scismata, quæ parabantur in corpore vniuersitatis occasione emolimentorum sigilli ex statuto ab olim obuenientium vtriq; vniuersitati pariter applicandorum. Idcirco reperendo statuimus & firmamus ac approbamus q̃ de cetero nullus scolaris de corpore nostrę vniuersitatis, vel alius eius nomine recipiens litera baccalariatus, licenciaturæ publicę vel priuatæ alteriusue modi, secundum formam nostrorum statutorum fiendas, debeat vel possit compelli pro earum sigillatione aliquid soluere vel promittere immo Rectores & illi qui secundum formam præsentis statuti sigillationi, & literarum correctioni interesse debent, diligenter se interponant, vt qui literas procurat habere secundum modum prefatũ, aliquorum subtili vel calido ingenio non impediatur, pœna periurij cuilibet predictorum qui contra hoc statutum venerit ipso facto imminente, & nihilominus pœuam decem librarum bonou. vtrique vniuersitati pariter applicandam incurrat, non obstantibus aliquibus statutis aliis, etiam derogatoriis quæ huic statuto quantum ad solutionem contraria viderentur. Habeat etiam dicta arca tres claues & vnusquisq; Rect. habeat suam, tertiam habeat vnus consiliarius vltramontanus p sex menses cui consiliarii vltramon. seu eorum maior pars concedere voluerit. Et per alios sex mẽses habeat vnus de consiliariis citramon. quem consiliarii citramontani, seu eorũ maior pars duxerit eligendum. Demum recipiant vicisim vt supra præmissum est. ¶ Clauis vero capsoni intus dictam capsam situati sit & esse debeat penes sindicum nostræ vniuersitatis, qui vna cum eis interesse debeat in prædictis & quolibet prædictorum. In quo quidem capsono volumus sigillũ vniuersitatis conseruari. Nec penes aliquam personam siue Rect. siue quencunq; alium remanere, pœna periurii contrafacienti imminente. ¶ Nec non conseruari debeant omnia priuilegia nostrę vniuersitatis quę extrahi non debeant, nec penes aliquem dimitti, nisi si & inquãtum uecesitas exegerit, quo casu in eorum repositione volumus sindicum esse sollicitum. ¶ Supplicatorię autẽ vel recommendatorię literę Papę Imperatori vel Regibus nulli concedi per nostram vniuersita-

tem posint nisi doctori,'vel licentiato,aut qui alias rector vel statutarius nostrę vniuersitatis fuerit,pœna periurii rect.consiliariis & aliis debentibus interesse contrarium facientibus imminẽte.

¶De iuramento scolarium, & Bonon.

ADuenæ siue forenses scolares studentes in iure,bonon.iurent singulis annis & singulis suis Rectoribus ꝙ eis obedient in licitis & honestis,& ꝙ ad illorum vocationes venient & vniuersitatis statuta facta & fienda seruabunt,& habeat quilibet Rector matriculam in qua iuratorum nomina describantur.Nec per hoc ordinationi seu statuto de matricula per notarium nostræ vniuersitatis describenda & habenda in aliquo volumus derogari, prout supra in titulo de massarijs est statutum,pœnam quinque lib.bonon.Rect. hoc non facienti imponentes.Nullus autem bonon.vel diocesanus in hac matricula aut alia notarij describatur. ¶Hoc autem iuramẽtum non posint Rect.scolaribus dimittere vel differre vltra quindecim dies numerandos à tempore citationis peremptorie factæ de natione illa de qua scolaris existit.A prædicto autem iuramento nullus immunitatem petere posit,immo antiquo statuto vniuersitas sibi in hoc frenum posit imponere & potestatem auferre nec dispensare posit,nec hoc statutum immutare:nisi forsitan circa legitimos Regis filios siue eorum fratres. Reliquos omnes qui iurare contempserint per scolas omnes nunciari iubemus ab vniuersitatis commodis alienos. ¶Statuentes etiam ꝙ quilibet intrans scolas etiam si bonon.existat debeat iurare. Et hoc Rectores teneantur facere ꝙ nunquam erunt contra vniuersitatem verbo vel facto,& ꝙ scolares honorifice & benigne in quocunque loco tractabunt nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur,& bonum statum vniuersitatis per se & suos procurabunt & facient hic & vbique. ¶Nolumus tamen ꝙ propter hoc in nostris congregationibus,in quibus aliquod negocium nostræ vniuersitatis tractatur intersint vel voces habeant in eisdem.De hoc autem iuramento â bonon.scolaribus præstito volumus not. nostrę vniuersitatis librum habere seu matriculam specialem,in quo iuratorum bonon.ad perpetuã rei memoriam nomina describãtur,Rect.à pœna periurij eximimus.Si â bonon.singulariter hoc iuramentum uon exhibeatur,nec facere posit exiberi vel præstari.

¶De periurio euadendo propter ignorantiam vel solutiouem quinque solidorum.

ANimarum periculis succurrere salubriter affectantes.Statuimus ꝙ licet statuta vniuersitatis pluries fuerint publicata,illa tameu per obliuionem vel ignorantiam non seruantes in foro conscientiæ reatum periurij non incurrant,declarantes per iuramentum non astringi scolares ad statuta seruanda quæ per vniuersitatem reuocari forma debita contingeret. Adijcientes ꝙ præcepta quæ deinceps Rectores vniuersitatis nostræ facient super generalibus scolarium conuocationibus,quæ occasione statutorum pœnam periurij videbantur infligere, intelligantur & esse debeant suspensiua seu conditionalia quo ad pœnam, vt videlicet hi qui conuocationibus ipsis uon interfuerint vt mandatur pœnam periurij euadant,& infra octo dies â tempore suæ vocationis proxime numerandos quinque solid.bonon.soluere teneantur,quorum medietas applicetur vniuersitati de qua fuerit,reliqua Rectori suo pœnam periurij incursuro ipso facto si infra dictum tempus dictam pœnam effectualiter non exigerit. Et prædicta extendimus ad doctores vocatos,alijs statutis de doctoribus & scolaribus loquentibus in suo robore manentibus. ¶Adijcientes ꝙ notarius singulis annis infra quindecim dies post principium studij per scolas omnes hoc statutum debeat publicare pœna trium librarum ei,si hoc omiserit imminente.

¶De scolaribus vnius vniuersiaatis non recipiendis in aliam & ꝙ respiciatur origo.

BIlingues derestantur,prouerbium Salomonis.Quare vltramon.in vniuersitate citramonta.& econuerso recipi prohibemus.Sed Rector qui non fuę vniuersitatis scolarem recipit,teneatur illum quam cito hoc sciuerit ad alterius vniuersitatis Rectorem remittere & integre restituere si quid ab illo receperit. ¶Statuentes ꝙ quando dubitatur de qua vniuersitate vel natione scolaris existat non respiciatur in hoc domicilium,sed origo propria & non paterna. De qua origine si per legitimam probationem constare non posit,stari volumus iuramento scolaris ipsius,in quo exprimat originis suæ locum,& de qua dioc.locus ille existat, ad quod iuramentum præstãdum Rect.suus ex suo officio illum compellat. Qui si iurare noluerit de qua origine natione siue dioceſi sit,ex nunc non admittatur in ipsa nec in aliqua alia natione.Addentes ꝙ scolaris vltramont.qui per suam vniuersitatem vel citramont.priuatus fuerit per aliam vniuersitatem recipi non valeat,vel teneri pœna periurij & quinque librarum bonon.contrafacienti vel permittenti ipso facto imminente.

De modo

¶De modo partiti ponendi vniuersitate. Rubrica.

BEne conuenit modum dare per quem discerni posit quid.in vniuersitate firmatur.Quare statuimus ꝙ quodlibet partitum ponendum tam in vniuersitate quam inter consiliarios,siue le ue siue magnum sit partitum ipsum fiat ad fabas albas & nigras hoc modo, videlicet vt cui placet quod proponitur ponat in pixide fabam albam,nolens autem illud,ponat fabam nigram. Iubentes ꝙ quilibet de vniuersitate sub debito iuramenti illud partitum eligat ꝙ secundum suã conscientiam vniuersitati expedire vel congruere credit.Et nullus præterquã vnam fabam det in vno partito sub pœna periurij,Rectoribus exceptis,qui in quibuscunq; actibus vniuersitatis possint duas fabas,vel duas cedulas tantum dare.Quando vero fiet partitum ad fabas,bidellus vel notarius dabit cuilibet scolari duas fabas,vnam scilicet nigram,aliam vero albam.Postea alter ipsorum recipiat â scolaribus & portabit vnam pixidem in qua eas ponere debeat. Si vero bidellus vel notarius essent in facto suspecti per duos fratres ordinis prædicatorũ,quos prior vel subprior vel Sacristanus ad illum actum duxerint deputandos recipiantur. Qui si non possint haberi duo scolares,vnus vltramont.& alter citramont.per Rectores & consiliarios assumantur qui iurent fideliter hoc officium exercere.Qui fratres vel scolares fabas hoc modo recipiant scilicet fabam ab vno vnam solum in manu quãm per se non visam ponant in pixide,& si vnus plusquam vnam fabã daret,proijciant illas in publico.Et pro illa vice fabã dare nõ posit.Illis ab omnibus collectis, ipsi ijsdem collectis coram Rect.enumerent fabas illas & tunc demum intelligatur quod propositum est,fore firmatum,quando numerus fabarum siue cedularum ad illam partem accedit:Addentes ꝙ quodlibet partitum de per se & singulariter poni debeat.Et quamplures postæ seu quã plura facta sub vno partito poni non possint neque debeant.Quod si aliter vel alio modo factum fuerit sit nullum ipso iure.Et Rectores & consiliarij transire permittentes seu aliqua in vniuersitate proponi per quod derogari posset huic statuto qualitercunque, periurij reatum incurrant, & pœnam quinque librarum bon.

¶Notarius vero scribens illud vltra periurium pro vice qualibet tres libras de salario sito perdat. Addentes ꝙ post collectas fabas vel cedulas nullus audeat vel præsumat ire vel appropinquare se ad locum vbi fabæ vel cedulæ ponuntur vel ad illum locum fabas proijcere sicut à multis sæpe fieri visum est:& minus sapienter:immo omnes sedeant in bancis & locis vbi debent pœna periurij & viginti solidorum bon.contrafacienti cuilibet imminente & eisdem pœnis rectoribus imminẽtibus,qui â talibus contrafacientibus prædictam pœnam non duxerint exigendam.

¶De armis ad vniuersitateu non ferendis. Rubrica.

CAlamitatibus scolarium prouidere volentes,statuimus ꝙ dum vniuersitas congregatur ad aliquod ordinandum vel Rectorem eligendum siue sit vniuersitas vel singularis nullus arma deferat.Habentes autem iustam causam deferendi arma ad talem vniuersitatem venire non teneantur dummodo Rectori qui pro tempore fuerit de causa illa fidem faciant saltim per proprium iuramentum qua causa cessante quantum ad ipsos cesset huiusmodi constitutum. Si vero congregatur vniuersitas vtraque ad exequias vel ex altera causa propter festa vel processionem ali quam faciendam vel his simile locum non habeat hoc statutum.Addentes ꝙ si quis temerarie cõtra hoc statutum in vniuersitatis congregatione,arma portauerit ipso iure sit priuatus omni nostræ vniuersitatis commodo & honore quem sic priuatum Rect.infra triduum postquam eis de hoc constiterit sub pœna periurij per scolas omnes faciant publicari.

¶De obsequijs & suffragijs mortuorum, Rubrica.

COrpora defunctorum doctorum & scolarium honorare & animabus, suffragium afferre volentes,statuimus ꝙ omnes doctores legentes & scolares teneantur venire ad exequias doctoris vel scolaris mortui sup pœna periurij,nec possit nisi ex causa iusta doctor,vel scolaris absolui.Et bidellus generalis cum pronunciat exequias domum mortui exprimat.Et ipsius vicinia contractam siue patrochiam,bidellis autem qui sub pœna quinq; sol.bon.venire tenentur in funeribus,nihil detur,cõtrariam cõsuetudinem reprobando.Generales autẽ bidelli & speciales doctoris illius scolaris defuncti,specialiter interesse teneãtur quibus si laborauerint,pro labore valeat prouideri.Qui autem exigerit aliquid contra istud statutum puniatur in duplum eius quod exigerit vel petijt. Verum quia plerũq; cõtingit scolares vel alios nõ reperiri qui defuncti corpus deferre velint Statuimus ꝙ tũc & eo casu oẽs bidelli tã generales qnã particulares quicũq;,tamen illis exceptis qui ratione ętatis vel defectus personę,forẽt inhabiles ad portãdũ id corpus,portare omnimode teneantur sub pœna periurij & priuationis sui officij cuilibet cõtrafacienti.Quibus tamen portãtibus & nõ aliis dari volumus sex cãdelas pro quolibet præmiũ sui laboris. Volumus

etiã ꝙ in singulis scolariũ funeribus iste religiones vniuersitatẽ & funus honorẽt & associẽt ĩ hũc modum scilicet cum funere de domo sumendo vsque ad locum sepulturæ incedant. Quadragin ta fratres prædicatorum, triginta minoram, heremitarum viginti, & decem ordinis seruorum & totidem carmelitarnm.

¶Et teneautur ad prædicta venire reuerendus pater dominus Abbas sancti proculi cum monachis suis & in pontificalibus officium mortuorum celebrare supra corpus doctoris, vel scolaris defuncti ꝙ si requisiti per bidellum generalem vel socios scolaris defuncti non fecerint exceptis prædicatoribus quibus ex præterito fit festum sancti Dominici propter domũ per ipsos vniuersitati concessam, ipsis non parentibus festum cum cereis illo anno non fiat nec etiam prædicatoribus requisitis non mittentibus quadraginta fratres, fiat festum illo anno sancti Thomæ cum sub hac conditione fuit eis id festum ab vniuersitate concessum, nec ad aliud festum possint Rectores vniuersitates conuocare sub pœna quinque lib. bonon. per sindicos auferenda. Addentes ꝙ singulis annis in feria secunda septimanæ sanctæ vel passionis domini Rectores vniuersitatem conuocẽt, & ipsa vniuersitas vna cum ipsis Rectoribus in ecclesia prædicatorum cõueniat, & ibi missa celebretur conuentualis pro animabus omnium scolarium ibi vel alibi bonon. sepultorũ quamissa finita processionaliter fratres vadant & vniuersitas illos sequatur ad cimiterium generale scolarium & offerantur fratribus cerei extimationis quinque lib. bonon. vel id circa & dentur sacristæ vel id circa. Vltra id sol. quadraginta bonon. de quibus candelam decentem cuique fratri ipse sacrista ministret, quando ipsi missa completa incipiunt processionem. Doctores autem legẽtes si per bidellum scolarium fuerint requisiti exequijs prædictæ missæ debeant interesse sub pœna decem sol. bon. nisi iustam excusationem habuerint quæ infra decem dies exigatur ab eis.

De comparternitate & commodatione.

COmpaternitatem cum bonon. ciue vel diocesano nullus scolaris contrahat, nisi prius petita licentia & obtenta a Rectore suo quam Rector non prestet sine iusta causa & se in exhibitione difficilem reddat. Et si Rector vellet contrahere compaternitatem alter Rector concedat licentiam domino Ianne andreæ & ipsius liberis descendentibus vtriusque sexus exemptis. Nec librum aliquem alicui prædictorum ad pignorandum concedat vltra periurium quinq; lib. bon. in his prædictis pœnam addentes. Quod statutum de libris non commodandis bonon. ad forenses scolares extendimus nisi essent commodantium consanguinei vel affines.

De pœna aduocantium. Rubrica.

COntra scolarẽ ꝙ nõ scolare, doct. scolaris, seu aduocatus, vel sindicus nostrę vniuersitatis. vel quicũq; alius siue, ꝙcurator, siue aduocatus, aduocans ipso facto sit priuatus omni cõmodo & honore nostræ vniuersitatis cum omnibus suis ascendentibus & descendentibus & transuersalibus ex masculina vsque in infinitum. Et sic priuatum publicę nunciari faciant Rect. ad petitionem scolaris contra quem procuratum aduocatum vel consultũ fuerit, ope verbo vel in scriptis. Et talis priuatus nullatenus restitui possit nisi scolari læso satisfecerit integraliter, & nisi talis restitutio procedat de voluntate ipsius scolaris offensi & totius vniuersitatis. Quod intelligi volumus in quacunque causa quæ aliquem scolarem de corpore vniuersitatis contingat directe vel indirecte nisi supradicti suam vel suorum iniuriam prosequantur. Vel nisi dominus pro sua familia prius præstito iuramento ꝙ ipsum familiarem in fraudem præsentis statuti in sui seruitium non recepit vel duxerit postulandum vel etiam in huiusmodi patrocinium equitate suadente Rector contra scolares. Dum in suo auditorio litigant duxerit admittendum. Quod tunc ipsius Rectoris arbitrio & maioris partis consiliariorum committatur, cum forte inops, vel alia persona miserabilis coram ipso suam iustitiam prosequatur. Ob prędictam causam autem prædicti restitui non possint, nisi prius per eosdem de lib. xx. bonon. nostræ vniuersitati fuerit satisfactum.

¶De vestibus scolarium. Rubrica.

DAmnosis scolarium sumptibus prouidere cupientes. Statuimus ꝙ nullus scolaris in ciuitate Bononiæ vel eius districtu emat per se vel per alium pannum alium quam pannum qui vulgariter vocatur pannus de statuto vel de panno coloris nigri, quem pannum pro habitu superiori Cappa tabardo vel gabano vel consimili veste consueta pro tunc longiore veste inferiori, & clausa a lateribus ac etiam fibulata seu maspillata anterius circa collum portare teneantur intra ciuitatem sub pœna trium lib. bonon. Rect. effectualiter exigenda. Excepto panno pro caligis caputijs & tunicis. ¶Saluo etiam si scolarem in conuentu associando conuentatum vel conuentuandum intra ciuitatem vel extra contingeret equitate. Et si pedes extra ciuitatem ire voluerit.

pro

¶Pro familiari etiãcuicunq; vestes emeread votum liceat. Huic tamen statuto monachos vel regulares etiam canonicos volumus subiacere.

Mandantes rectoribus sub pena quinque lib. bonon. quam ipso facto incurrant quatenus statutum istud faciant seruari. Quod statutum singulis annis infra octo dies a principio studii præcipimus publicari per scolas.

¶De ludo taxillorum. Rubrica.

DIspendiis ex taxillorum ludo prouenientibus ocourrendo. Statuimus ꝙ nullus scolaris ad taxillorum ludum cum aliquo boñ. vel alio quocunq; ludere presumat. vel vbi talis ludus taxillorum exerceatur publice ex proposito & deliberatione stare & inspicere collusores. Contrafacientes, Rectores qui pro tẽpore fuerint tanquam statutorum transgressores per scolas faciãt publicari. Et si aliquis accusatus fuerit luxisse ad taxillos præterquam ad scacos, vel ad tabulas cum aliquo scolari uel boñ. uel quocunq; alio causa recreationis. Et super hoc rectoribus, vel rectori facta fuerit plena fides ipsum in quinque lib. bonon. nostrę vniuersitati applicandis sub pœna periurii præcipimus condemnari. Et si contingat eum huiusmodi solutionem facere recusare, omni commodo vniuersitatis priuetur, adiicientes ꝙ nullus doctorari uolens, vel sapiens recedere infra duos menses ante suum recessum vel conuentum audeat ludum in hospicio suo tenere, uel aliis ludentibus consentire nec etiam post doctoratum per mensem si tantum cõtingat bononiæ remanere. Præcipimus etiam ꝙ nullus in domo vbi ludus teneatur ex vsu per bonon. scolarem, uel alium forensem conuenire debeat ad ludendum. Nullus etiam rect. doctor, vel scolaris in domo habitationis suæ ex vsu teneat uel teneri permittat. Contrafacientes in his vltimis casibus vltra pœnam periurii viginti lib. bonorum pœna mulctentur. Inhibentes rectoribus vt quoquo modo non audeant vel persumant in ipsorum domibus baractariam uendere, nec baractores admittere sub pœna quadraginta solidorum bonon. tempore sindicatus exigenda. Volumus etiã ꝙ in huiusmodi totius obseruatione statuti vnus rector in subsidium alterius rectoris iurisditionem exerceat. Et hoc statutum singulis annis de mense decembris præcipimus publicari.

De scriptoribus, & famulis scolarium Rubrica.

DEcernimus ꝙ quicunq; priuilegio nostræ vniuersitatis gaudens operas cuiuscunq; scriptoris durerit conducendum, exigere teneatur corporale iuramentum ab ipso ꝙ alicui scolari priuilegio nostræ vniuersitatis gaudenti, non est astrictus ad præstationem operarnm, nisi sit tale opus quod infra decem dies valeat expediri, ꝙ etiam antequam aliquod opus incipit præficere teneatur. Nec scolaris ille sciens illum alteri obligatum scolari, aliquod opus quoquomodo dare presumat, nisi forte id fecerit de consensu uel uoluntate eius, vel eorum cuius vel quibus supradicta persona prestare dictas operas teneretur. Adiicientes ꝙ si scolaris, vel si priuilegiis gaudens uniuersitatis, scienter conduxerit operas alicuius priuati per statuta, uel etiam per rect. nisi post primam admonitionem rectores priuare illum teneantur. Et priuatũ per scolas facere nunciari. Scriptor autem si cõtra sacramentum mendax fuerit deprehensus rectores teneantur ipsum infra triduum adie noticiæ per scolas omnes facere denunciari priuatum, nec possit restitui, nisi primo solidos viginti bonoñ. persoluat. Cuius pœne medietas nostræ vniuersitati, & alia medietas ei, in cuius præiudicium conductæ uel locatæ sunt operæ applicetur. Et de prædictis eius credatur simplici iuramento, in cuius preiudicium factum erit. Prouidemus etiam ꝙ nullus scolaris possit vel debeat conducere, vel tunc conductum retinere famulũ aliquem contra uoluntatem scolaris illius cum quo moram trahit, quamdiu cum illo moratur. Contrafacientes autem puniri volumus pœna quinq; libr. bon. quam pœnam ad petitionẽ scolaris conquerentis rect. exigere teneantur sub pœna periurii.

Quod nullus scolaris debeat ratione priuilegii denunciare aliquem bonoñ.

EXtirpando noxia, prouidemus ꝙ si scolaris pretextu priuilegii nobis concessi, maliciose denunciauerit in palatio cõmunis bonon. aliquem bononien. ex tunc omni comodo & honore nostræ vniuersitatis ipso facto perpetuo sit priuatus. dum tamen rect. de cuius vniuersitate scolaris fuerit probationem plenam super his habeat, cui merito sit credendum, & Rectores teneantur illum par scolas facere publicari. Si vero contingat predictum non calumniose agere, Rector & consiliarius suæ nationis teneantur pro eo iurare secundum formam, quæ in priuilegio continetur.

De calumniosis

De calumniosis accusationibus, & bannis absentium Rubrica:

EXquisitis remediis innocentiam studentium tueri volentes. Statuimus q̃ si bonon. calumniosam accusationem contra scolarem nostræ vniuersitatis intentare presumpserit, si semel admonitione a Rectore præmissa nõ destiterit, ipse & filii usq; in gradum tertiũ, & pater eorum, & auus sint ipso priuati nostræ vniuersitatis comodõ & honore; & eorũ bona sine spe restitutionis subiaceant interdictu. Quod interdictum a tempore termini sibi assignati peremtporie infra tres dies per scolas publice nũcietur. Addentes q̃ si quis scolarem nostrę vniuersitatis in palatio cõis bon. banniri fecerit pretermissa solemnitate, quæ in uniuersitatis priuilegiis, siue scolaris, siue bonon. cxistat priuatus sit ipso iure omni vniuersitatis commodo & honore, & eius hospicia si qua habet sint interdicta.

De pœna iudicis secularis Rubrica.

EQuitas, iniquitatis, actus, reprimẽs, statuere suggerit q̃ si quis scolaris conuentus coram iudice seculari allegauerit priuilegium scolasticum uel clericatus, & prædicto iudici euidenter constiterit per inhibitionem, uel denunciationem sibi factã per rectorem, iudex qui spreto priuilegio fori contra eum processerit, ipse cum posteris suis sit ipso iure priuatus omni vniuersitatis nostræ commodo & honore. Et si potestas vel capitcneus cuius assessor fuerit iudex predictus ad denunciationem Rectorum reuocari non fecerit. ita q̃ vterq; ipsorum spreuerit inhibitionem vel denunciationem rect. q̃ semper est presumptione dignum & præsumimus ex quo illam cum effectu non acceptauerit pœna simili puniatur. Hoc addito q̃ ciuitas seu alia communitas, quę postquã hoc sibi per vniuersitatẽ notificatũ fuerit, illum receperit in rectorem, taliter puniatur, q̃ omnes, qui de illa ciuitate, vel comunitate in studio fuerint priuentur, omni vniuersitatis commodo & honore. Et qui priuatus est ab vniuersitate intelligatur esse priuatus commodo singulorum. Item statuimus q̃ si potestas. vel quiuis alius officialis ciuit. bonon. bis per rect. requisitus priuilegia seu iura scolarium in persona alicuius conuenientis seu accusantis spreuerit seu non seruauerit. sit ipse potestas vel officialis, non seruans prędicta, priuatus ipso iure omni commodo & honore nostræ vniuersitatis secundum formam in principio statuti huius superius annotatam. Et de præsenti statuto mentionem facimus supra in statuto posito sub rubrica de iuramento potestatis.

De Offensa scolaris propter officium vniuersitatis Rub.

FIduciam nostris officialibus, per hoc concedendo, statuimus q̃ si quis scolaris vel alius, aliquem scolarem vniuersitatis nostræ officialem, vel in officio aliquo deputatum, occasione eius q̃ officium suum exercendo gesserit verbis uel facto offenderit, vel offendi mandauerit, aut iniuriam intulerit, uel inferri procurauerit, vel consensum auxilium, vel consilium prębuerit sit ipso facto priuatus omni vniuersitatis commodo & honore, & a scolarium participatione & consortio sit exclusus. Volumus etiam q̃ statutum istud, rect. infra biduum a die quo eis, uel alteri eorum de prædictis per offensi cõstiterit iuramentum teneatur executioni mandare omni iuris & facti exceptione cessante. Ac etiam aliqua non obstante, nec possit a dicta priuatione eximi nisi per uniuersitatem, & prius tamen uniuersitati decem lib. bon. pœne nomine solutis. Nec deinceps ad aliquod uniuersitatis officium assumi ualeat quoquo modo. Saluis etiam in hoc casu pœnis & processibus & aliis quæ contra iniuriatores scolarium sunt statuta.

De pœnis iniuriantium scolaribus, & Rectoribus Rubrica.

FRenum iniuriosis ponendo statuimus, q̃ si aliquis scolaris offenderit scolarem, uel offendi fecerit in ciuitate bonon. uel suburbiis uel comitatu percutiendo, uel insultum faciendo, uel fieri mandando. Et qui consilium auxilium, uel assensum prębuerit, ipso facto sit priuatus omni uniuersitatis commodo & honore, & nullus scolaris possit pro ipso fide iubere, nec debeat eum de nouo ad societatem admittere. Quod si contrarium fecerit sit ipso iure priuatus, & priuatus nunciari debeat per rectorẽ, qui statutum istud exequi teneatur, ne ullatenus restituatur, nisi solutis triginta solidis bonon. utrique uniuersitati applicandis. Scolari tamen qui dicitur iniuriã intulisse in principio causæ citato infra biduũ, a die quo constiterit, uel alteri ipsorũ per legitimas probationes dennnciatione a passo iniuriam iam recepta, & testibus datis in scriptis, & specificatis exequi teneantur. In cuius statuti executione nulla iuris vel facti exceptio admittatur, & etiam appellatio repellatur. Quod si uerbalis iniuria fuerit, teneatur rector iniuriantem citare ad sententiam omnimodo audiendam, ut tunc per procuratorem ualeat comparere in

re in cuius persona sententia promulgetur ut hac uia infamiam possit iniurians euitare. Si autem iniuriam per se uel alium inferens bonon. vel alius forensis existat qui in aliquem nostrorum scolarium manus iniecerit violentas, vel aliam quamuis iniuriam in persona vel rebus ipsius irrogauerit, uel irrogandum auxilium consilium vel fauorem prębuerit. & hoc per lesum ad rectorum uel consilariorum peruenerit notitiam. Ipse iniurians uel prębens consilium auxilium uel fauorem: ipsiusq; parentes & filii pro huiusmodi lęsione vel iniuria ab omni vniuersitatis commodo & honore ipso iure sint priuati, & ultra prędictam pœnam incidat iniurians in pœna dupli eius in quo alias ex forma statutorum comunis bonon. veniret condemnandus. ¶ Si autem prædictæ iniuriæ fuerint illatæ in personam vel rebus alicuius rect. seu vicerect. tunc vltra supradictam priuationis pœnam incidat iniurians in pœnam quadrupli eius in quo ex forma statutorum communis bonon. veniret alias condemnandus. Quarum penarum tertia pars offenso, tertia vniuersitati offensi, reliqua tertia cameræ bon. cõmunis applicetur. Item non possit doctor, vel alius pro talis defensione aduocare, scribere, vel consilium, aut fauorem aliquo modo præstare sub pęna priuationis sui & suorum huic & in quocunque loco priuilegio, seu exceptionis gratia non obstante, quibus in hoc casu propter ingratitudinem derogmaus, si a nostra vniuersitate fuerit iam vllo tempore concessa, vel in posterum concedenda. ¶ Item quilibet qui ceciderit verisimiliter tractari de offensa alicuius scolaris forensis teneatur rectorem & talem scolarem promouere de hoc. Et quilibet scolaris, qui aliquem offensorem alicuius scolaris forensis sciuerit, vel verisimiliter crediderit teneatur rectoribus nunciare sub pęna præstiti iuramenti. ¶ Si autem iniuria fuerit atrox possint & teneãtur sub pęna periurii & quinq; lib. bonon. ipsi rectores statim consiliariis etiam non requisitis vniuersitatem conuocare, & si videbitur cum ipsa palatium ascendere, & petere iustitiam de offensa etiam si offensus remitteret iniuriam, vel cum iniuriante se componeret. Atrocem iniuriam declarantes ex loco. s. si scolaris ad scolas, vel de scolis itinerans, vel in eis manens, vel in habitationis domo, insultum passus fuerit vel percussus. ¶ Item si in statione generali. in qua sunt rector. vel socii, vel alter ipsorum, uel uniuersitatis domo, vel in vniuersitate, vel cum itur processionaliter ad festa, vel ad exequias defunctorum, & super iniuria credatur sacramento scolaris. Et quod ad priuationem iniuriantis statutum est, extendi volumus ad offensas illatas famulis seu familiaribus scolariũ, eis presentibus, vel absentibus, dummodo in domibus vel porticibus eorundem, & hoc quando iniuria atrox esset. Vbi autem non esset atrox iniuria, seruetur quod supradiximus in statuto proxime præcedenti. Adii cientes vt si scolaris nostræ sententiæ priuationis in se latę propter iniuriam, vniuersitatem expẽsis procurauerit aggrauare, appellando, vel quolibet alio modo, vniuersitatem ipsam grauando, idem restitui non valeat, nisi damnis & expensis omnibus vniuersitati primitus resarcitis. ¶ Si autem non scolaris propter iniuriam, quam scolari intulit priuatus in ipsum vel alium scolarem iniuram similem. uel dissimilem duxerit iterandam, restitui non possit nisi prius decem lib. bonon. vltra pœnam superius expressam vniuersitati persoluat. addentes igitur q̃ quanto grauius & abominabilius est delictum, tanto grauius est ferendum, ac pœnis atrocibus puniendum, prędicti constitutioni nouiter addendum duximus, & firmiter statuendum, q̃ si quis scolaris contra venerendas personas vniuersitatis nostre rectorum seu vice recto. seu alterius eorum iniurias intulerit verbales, pœna puniatur lib. viginti bonon. Si actuales, citra mortem & sanguinis effusionem. puniatur pœna quinqaginta lib. bonon. & ipso iure sit priuatus omni commodo & honore nostre vniuersitatis. habito tamẽ respectu per aliũ rectorẽ de qualitate excessus. quas tamen pœnas nostre vniuersitati volumus applicari. Si uero vltra sanguinis effusionem, vel mortem, tunc pœna puniatur a iure communi statuta, & sit priuatus omni commodo & bonore nostræ uniuersitatis, nec possit restitui sine consensu partis lesę, & hoc rectoris lesi. & hoc si personaliter possit apprehendi. Alias per potestatem bonon. publice banniatur pœnam infamiæ incursurus & alias si quę aliæ in statutis nostris reperiantur. Si autem talis iuiurians ipsi rectori quouis modo ciuis fuerit, uel alius forensis, & non scolaris vltra. pœnas in statutis communis bonon. contentas triennio a ciuitate bonon. banniatur ad requisitionem rectoris iniuriati; seu ipsius consiliariorum maioris partis. Hoc autem statutum & præcedens per omnia seruari uolumus ubi iniuria esset illata rectori, secundum determinationem precedentium uolumus q̃ pro iuriis sibi illatis pœnę duplicentur.

¶ Quid soluere debeant superuenientes, & restituti.

FIrmamus quod scolaris de nouo superueniens teneatur uniuersitati soluere duodecim solidos bonon. pro introitu matriculæ, ad quod Rector suus teneatur eum cogere infra mẽsem si constat eum soluere posse secundum formam statuti de hoc loquentis renocata prouisione de quinq; solidis per superuenientem capellę nostræ soluendis Illud etiam quod de soluendo dicitur. non extendatur ad illos, qui alias fuerint de uniuersitatis gremio & soluerint. Item si scolaris

si scolaris scriptor. uel corrector. uel miniator ac etiam stationarius interdictus fuerit per Rect. antequam de interdicto extrahatur. uiginti solid. bonon. pœna mulctetur. ubi per statutum non exprimatur. certa summitas. ¶ Et hoc nisi Rector nouerit se erasse. uel interdictus siue priuatus iustam excusationem haberet. & tunc in restitutione priuati debeat, per scolas per bidellum publice proclamari, qualiter per errorem uel sine causa fuerit ille priuatus siue interdictus. Reliqui uero bonon. priuati siue interdicti ubi certa suma non exprimitur, in restitutione quadraginta solidos bonon. soluere teneatur.

¶ De forma. & suspensione studii. & limitatione arbitrii dati sapientibus quo ad illa & quo ad quedam alia, Rubrica.

GRegem studentium suspenso studio inutiliter in studio manere noscentes Statuimus quod rectores una cum consiliariis & adiunctis & non aliter. qui adiuncti eligantur secundum formam. quæ seruatur in ellectione rectorum habeant & possint tractare de causa & tẽpore suspensionis studii. Et si duæ partes ipsorum tam presentium quam absentium in hoc concordes fuerint. possit de suspensione studii in uniuersitate proponi. Alias nullo modo. Et quod in uniuersitate obtentum fuerit illud fiat. Nolumus autem per hoc generale statutum speciali prouisioni alicui de suspendendo studio derogari Sapientium insuper officia olim super suspensione studii celebrata perpetuo abolemus.

¶ De festiuitatibus per uniuersitatem processionaliter cum cereis honorandis Rubrica.

GErentes. & merito ad istos apostolos & confessores specialem affectum Statuimus quod annis singulis festum apostolorum Petri & pauli. Item festum eximiorum beatorum Dominici & Francisci per uniuersitatem cum cereis processionaliter celebrentur. Ita tamen quod capitulum bonon. pro suo festo. prædicatores pro suo Et minores pro suo parent cereos sufficiẽtes scolaribus. sicut fieri consueuit, pro quibus teneatur scolaris quilibet unum bonon. grossum soluere. Ad illos autem recipiendos pro festo sancti Petri. & sancti Francisci. Cuius festi sancti Francisci solemnitatem translatamus in festum Conceptionis beatę uirginis Marię gloriosę conueniãt scolares in domo uniuersitatis. & in claustro prędicatorum, pro festo uero sancti Dominici conueniant in ecclesia sancti Proculi. Huic autem statuto addita fuerunt ista festa, & in istis ecclesiis processionaliter celebranda pro ut de aliquibus in conuentionibus cum uniuersitate habitis. de aliquibus in nouis reformationibus est inuentũ. Festum sancti Augustini apud ecclesiã sancti Iacobi. Festum omnium sanctorum ad honorem nat luitatis beatæ Marię apud ecclesiã fratrum seruorum sanctę Marię, in burgo sancti Petronii. Festum sancti Martini. apud ecclesiam sancti Martini fratrum carmelitarum. festum sancti Tomæ de Aquino apud ecclesiam sancti Dominici. Et tunc congregetur apud ecclesiam sancti Proculi. fratres uero prędictarum ecclesiarum uenire teneatur, ex conuentione, gratis ad funera scolarium defunctorum in quacũque ecclesia eos contingerit sepeliri. Item festum assumptionis beate Marię uirginis de mense Augusti apud ecclesiam nostrę uniuersitatis. Et hoc quia merito reperimus per diuturnam consuetudinem singulis annis obseruatum. uolumus tamen ꝙ religiosi in dicta nostra ecclesia habitantes teneantur uenire ad exequias defunctorum nostrę uniuersitatis & gratis, requisiti tamen. alias punientur secundum formam statuti. super de exequiis mortuorum &c. Addimus etiam ecclesiam sancti proculi. ut in die festiuitatis dicti sancti eo modo quo dictum est uisitetur. Ita tamen ꝙ dominus Abbas dicti monasterii teneatur ad id quod dictum est supra in capitulo de exequiis & suffragiis mortuorum. Et quia inter cætera festa quę in ciuitate bonon. celebrantur, festum beati Petronii episcopi veneratur. volumus ꝙ domini Rectores utriusq; uniuersitatis per aliquos dies antedictũ festum præcipiant bidelli uniuersitatis, ut ad domum cuiuslibet doctoris legentis, & etiam cuiuslibet scolaris accendat, & ipsos requirant, ut unum solid. bonon. dent. de qua pecunia fieri faciãt unum dopereum honorabile sicut decet, & in uigilia dicti sancti Petronii debeant apud ecclesiã sancti Dominici conuocari, & quicunque doctor uel scolaris non uenerit in uiginti sold. condemnetur. Et in dicta uigilia ante uesperas, uel in uesperis, siue tempore oblationis, accedant ad ecclesiam sancti Petronii cum illo dopereo processionaliter cum tubis, & piffaris sicut moris est ad honorem, & exaltationem dictæ uniuersitatis. Et ut festiuitates honorabilius celebrentur, pręcipimus ut oẽs doctores tã iuris canonici quam ciuilis ordinarie uel extraordinarie legẽtes teneãtur honorabiliter in festiuitatibus, quas fecit uniuersitas nostros sociare rect. Ei ipsi rectores & quẽlibet ipsorũ (hoc sine iusta cã neglexerint) pœna uiginti solid. bon. punire debeãt: & ĩfra decẽ dies pœnas exigere. Addẽtes ꝙ deinceps cõuentio per uniuersitatis conuentionem, uel singulare aliud festum processionaliter fieri non debeat: uel faciendum in uniuersitate firmari. Iungatur autem per rectorem quando uniuersitas procedit illis qui recipiant processionem quod ecclesia uel cõuentus

uentus triginta missas faciant celebrari statim post creationem utriusq; rectoris pro bono statuto uniuersitatis rectorum & studentium. Et quod suffragia ecclesiæ, & ordinis habeat uniuersitas & in ea studentes: & ꝙ quilibet ecclesiæ uel ordinis talis bonum statum uniuersitatis nostræ & studentium apud prælatos. ciues & quoscunque alios teneantur hic & alibi procurare, & scolares honorare, & recipere & quanto citius & melius poterunt expedire. ¶ Quę autem proxime dicta sunt a uersiculo: Iungatur usque hic uolumus rect. ad periurium euitandum in hoc satis quod de misis dicitur teneri nec obligari. Volumus tamen ꝙ si pro bono modo facere possint, ꝙ tunc statutum seruetur, singulares tamen nationes, uel scolares ipsarum talia festa facere possint ad libium dummodo per illa non impediantur ista. Item statuimus ꝙ scolaris quilibet portans cereum in festiuitatibus prædictis in ecclesia, quam visitant, seu eius altari ipsum cereum bona fide dimittat pœna periurii alter facientibus imminente.

¶ De festiuitatibus nationum, Rubrica.

GRauamen nationum refrenando statuimus ꝙ festiuitates nationum quæ non sunt descripta inter festa uniuersitatis non celebrentur sed fient die dominico, uel solemni antecedenti uel sequenti ipsas festiuitates ad uoluntatem ipsarum nationum.

¶ De prępositis nationum & consiliariis Vltramontanen. Rubrica.

HActenus grandes experti discordias propter officia præpositorum seu priorum nationum, seu consiliariorum ultramont. per quę etiam rectorum iurisditio per tempora extitit multum impedita ipsos prępositos, seu priores seu quocunque nomine censeantur, ipsorumq; officium abolemus. Qui autem prędictos, uel eorum officium suscitare ausus fuerit omni uniuersitatis nostrę commodo penitus excludatur & decem libr. bonon. condemnant. mulcte. Eadem pœna qui prępositi officium seu prioris, uel alio quouis nomine nuncupetur assumpserit imminente. Per hoc tamen statutum ultramontanorum consuetudinibus & statutis circa eorum prępositos non intendimus derogari.

¶ De scolaribus recedentibus non associandis. Rubrica.

HOc statuto decernimus ꝙ ultramontanus Rector, qui pro tempore fuerit, ea quę a maiori parte alicuius ultramont. nationis propter ipsorum festa, uel alia ipsorum negocia ordinata sunt, uel fuerint remediis quibus potest ex officio suo faciat in posterum per singulos de natione illa, inuiolabiliter obseruari, dũmodo per illa statutis uniuersitatis nostrę nõ derroget in aliquo.

¶ Quod statuta nationum ultramont. ab ipsarum scolaribus obseruentur Rubrica.

HAc deliberatione statuimus quod nullus scolaris aliquem scolarem de bon. recedentem equas uel bon. extra bonon. associare debeat, uel presumat, nisi recedens fuerit publicet doctoratus, uel pro sapiente recedat sine spe aliqua redeũdi, socii temẽ in domo & alii tres numero tantum quos recedens elegerit ipsum possint licite sociare, sub pœna decem solidorum associanti cuilibet imminente. Et quia scimus contrarium seruatum. Ideo rectorum arbitrio uolumus relinqui an seruetur, nec ne.

¶ De procurantibus diuisionem, uel subtractationem salarii, quod datur a comuni bonon.

IRrefragabiliter duximus statuendum quod si aliquis procurauerit, uel procurari fecerit quod salarium, quod datur a communi bonon. diuidatur in plures, uel subtrahatur in totum, uel in partes sit uniuersitatis nostræ omni comodo, & honore priuatus, quam cito rectores ad eos per uenerint teneantur ipsum priuatum publice facere nunciari. & nisi soluat libras quadraginta bonon. nostrę uniuersitati restitui non debeat ullo modo.

¶ De interpretatione statutorum, & de opponentibus seu obloquentibus, Rubrica.

CArolus magnus, legitur fuisse iudicio fortissimus, & locutione luculentus. quem licet pro posse certis, & claris verbis statuta componendo fuerimus imitati. Si tamen aliquid ibi dubium interpretationem exposceret, uolumus rectores qui pro tempore fuerint illud interpretati posse, & adiungatur eisdem tres doctores, duo antiquiores doctores ex legentibus in iure canonico, & antiquior ex legentibus in iure ciuili. ¶ Et triũm

ex illis qninque interpretatio teneatur, quo ad casum illum tantum. quo interpretatio illa facta est, uolumus. n. q̃ de interpretatione illa per prædictos possit fieri lex quo ad alios uel generale statutum, Predicta tamen uolumus firma esse. si nullus ex illis qui cõdiderint, seu reformauerint præsentia statuta reperiatur tunc in hoc studio. ¶Vbi autem quatuor uel tres saltim reperirentur, stetur determinationi seu interpretationi ipsorum, uel maioris partis ipsorum. Si autem duo vel vnus reperiatur, tunc illi duo vel vnus associẽtur rectoribus tantum. Et si discordauerint adiũgantur eis duo doctores, & quod isti fecerint habeatur ratum & firmum, ut supradictum est. Adiicientes q̃ si quis opposuerit deinceps coram rectore vel rectoribus in vniuersitate, vel alibi, uel in iudicio positus, uel extra, aliquod statutum vel ordinamentum scriptum in libro statutorum nostræ vniuersitatis qualicunque verbo contineatur, vel processum secundum formam alicuius statuti scripti ibi, siue ordinamenti habitum, non tenere, vel iniquum fore, seu contra ius factum, ipso iure sit priuatus omni comodo, & honore nostræ vniuersitatis. Postquam fuerit eidem per Rectorem, uel per partem nunciatum. Huic addendo statuimus ne quis doctor vel alius legens contra mandata vel processus rectorum, uel rectoris si quos contra scolarem, uel alium quencunque secundum formam nostrorum statutorum fecerint seu per scolas publicari iusserint in cathedra sibi obloquendi causam assumant, uel ipsa eludant quomodolibet, uel impugnẽt pœna quinque librarum bononien. nostræ uniuersitati, si contrafacerint ultra pœnam periurii, quam ipso facto in detestationem incurrant. Et hoc statutum ligare volumus doctorem quẽlibet, priuilegiis etiam, seu exemptionibus aliquibus non obstantibus, huic statuto obuiantibus, quibus in hac causa expresse uolumus derogari. Addentes q̃ nullus doctor, siue scolaris, vel quæuis alia persona audeat vel presumat, impetrare per se, vel alium, decretum aliquod, seu exemptionem contra statuta ab aliquo quam ab utraque vniuersitate sub pœna priuationis commodi & honoris totius nostrę vniuersitatis. Quam ipso facto incurrat talis contrafaciens, quem publicari volumus per rect. infra octo dies per omnes scolas, nec possit restitui nisi primo solut. vniuersitati nostrę decem libris bonon.

¶Quod doctores collegii teneantur uenire ad festa uniuersitatis, & ad exequias scolarium uniuersitatis, Rubrica.

CVm ferendus non sit, qui luerum amplectitur, onus autem subire recusat, idcirco cognoscentes hoc dedecus uniuersitatis inspicere, statuimus & firmamus quod omnes doctores utriusque iuris actu legentes, qui de collegio doctorum existunt, uel erunt in futurum teneantur, & debeant interesse festiuitatibus celebrandis per nostram uniuersitatem cum cereis, nec non, exequiis scolarium defunctorum, qui in matricula scolarium reperiantur esse conscripti postquam per generalem bidellum, vel per socios funerandi, fuerint requisiti. Et ipsam uniuersitatem in dictis festiuitatibus & exequiis sociare, sub pœna uiginti solidorum bonon. quotiens per aliquem dictorum. rectorum requisiti fuerint, nisi iustam & rationabilem excusationem habeant, si contrafactum fuerit, exigenda a dictis doctoribus non uenientibus ad dictas festiuitates & exequias. Sed cum experto sciamus doctores actu non legentes non seruare istud statutum, ideo uolumus prædictos doctores actu non legentes ad prædicta inuitari debere ad petitionem rectorum per generales bidellos, sed non astringi. ¶Vt autem præmissa in doctoribus legentibus propensius obseruentur, prouisa iam repetimus, ut sub uirtute præstiti iuramenti scolares nostræ vniuersitatis tam tempore priuati examinis quam publici dent, & dare debeant not. uel bidello nostræ uniuersitatis pecuniam dicta de causa destribuendã doctoribus per eundem not. uel bidellum ipsis doctoribus persoluendam. Et quod ipse notarius, uel bidellus cogatur ipsum depositũ recipere. & tenere debeat, & de dicta pecunia prius penam prædictam uiginti soli. bonon. detrahere pro quolibet in præmisis inobediente, sub pœna quadrupli eius, quod depositum fuerit, si contra prædicta, uel aliquod prædictorum fecerit, uel etiã si ipsam pecuniam aliter inter doctores distribuerit, quod in statutis de dicta distributione loquentibus sit expressum. quam pœnam rector infra decem dies ab ipsis bidello, uel notario, postquam eis rect. uel eorum alteri de hoc constiterit exigere teneatur, sub debito iuramenti, & pœna uiginti lib. utrique uniuersitati pariter applicanda. Prædicta autem quæ dicta sunt de depositio intelligimus secundum statutum nostrum positum supra in titulo de solutione facienda uniuersitati, & doctoribus &ct.

¶De arbitrio & potestate Rectorum nouiter rectoribus attributa Rubrica.

STatuimus quod rectores uniuersitatis nostræ possint ex eorum officio per modum inquisitionis ad denuntiationem fide dignę personę etiam nulla accusatione precedente contra quemlibet nostrorum statutorum uiolatorem, uel conteptorem, procedere legibus huic statuto

statuto contrariis consuetudinibus vel statutis, hoc fuerit adscriptus nostris statutis, alias contra talem insurgat cum auxilio brachii secularis.

¶De pœnis pro parte, rectoribus applicandis Rubrica.

ET naturalis & ciuilis æquitas suadet, ut vbi onus est, ibi & commoda applicentur. Id circo statuimus, q̃ in quibuscunque casibus pœnæ aliquæ per rectores fuerint exigendæ, nec de his pœnis fit specialiter per nostra statuta prouisum cui debeant applicari. Media pars. seu medietas ipsarum pœnarum exactarum Ambobus rectoribus pro paribus portionibus applicentur. Alteram uero medietatem in eisdem casibus vtrique vniuersitati volomus applicari. Dantes vtrique rectori, & ipsorum alteri a quocunq; nostræ uniuersitatis cuiuscunque nationis existat, siue vltramontanus, siue citramontanus exigendi quascunque, quas inciderint plenariam potestatam. Addentes q̃ nedum medietatem vniuersitati applicandam, verum illam, quæ de dictis pœnis ipsos rectores contingit, nullatenus rectores preçe, uel amore relaxent. Quod si aliqua pœna exacta non fuerit, tantundem de suo rectores in sindicatu restituant.

¶Quæ priuilegia dicantur esse concessa successoribus exemptorum. Rubrica.

HOc præsenti statuto valituro in posterum Statuendo declaramus, q̃ priuilegia, quæ dicũtur habere & habeãt filii & nepotes, & cęteri successores descendentes per lineam masculinam quorumcunq; doctorum per nostram uniuersitatẽ, ea tantum intelligantur & sint de quibus huiusmodi nostris statutis habetur mentio specialis uidelicet sex sedium salariatarum præter tñ lecturam seu sedẽ ordinariã decreti ad quã electus tenetur sermonẽ facere quẽ omnimode scolarem forensem esse uolumus, possint eligi ut forenses. secundum tamen limitationem de hoc instatutis nostris comprehensam: & contrahere compaternitatem cum eis possit scolaris quilibet sine pœna. ¶Adiicientes quod præter prædicta duo priuilegia nullus prędictorũ filiorum seu nepotum desendentium: uel successorum per lineam masculinam ratione prædicte successionis prætendant habere. ¶Hoc statutum valere uolumus non obstantibus aliquibus legibus consuetudinibns uel statntis forte in contrarium obseruatis, quacunque etiam litis pendentia non obstante.

¶De libellis famosis contra aliquem nostræ vniuersitatis, Rubrica.

CVm famosis libellis inimicitiæ graues, & scandala soleant oriri. Idcirco præsenti statuto prę cipimus, nequis nostræ vniuersitatis subditus, uel iuratus famosum libellum contra aliquẽ nostrę vniuersitatis dictare audeat vel per alium dictatum in aliquo loco ponat pœna periurii & priuationis ei qui in aliquo prędictorum casuum contrafecerit imminente. Quam pœnam incurrere uolumus ipso iure. Per hoc autem statutum aliis pœnis legitimis in hoc casu uendicantibus sibi locum nolumus derogari.

¶Quod nihil possit proponi in uniuersitate nisi id pro quo fuerit congregata. Rubrica.

STatuimus q̃ si uniuersitas fuerit secundum formam statutorum pro expediendis certis negociis aliquibus euocata, nullatenus in eadem congregatione aliquis audeat aliud negotium proponere incidenter, vel principaliter dirimendum. ¶Quod si rector uel alter huius statuti extiterit violator pœna quinque librarum bonon. vtriq; vniuersitati applicandarum incurrat ipso iure persolutis, Rectores etiam talem proponentem non audiant sub debito iuramenti. Sed si de facto audiuerint & ex tali proposito aliquid fuerit decretum obtentum, ex nunc ipso iure tale decretum uolumus non valere, etiam si de huiusmodi statuto in ipso decreto fuerit mentio specialis. Quod statutum uolumus habere locum quando inter consiliarios fuerit firmatum aliquid pro quo uniuersitas debeat congregari. Hoc autem statutum valere volumus statutis vel consuetudinibus in contrarium forte se habentibus, penitus annullatis. Mandantes notario nostræ vniuersitatis, quatenus sub pœna priuationis officii, quam ipso facto incurrat in qualibet cõgregatione vniuersitatis antequam ad aliquem actum perueniatur præsens statutum legere teneatur. Contradictione cuiuscunque minime obstante.

¶De gratiis exemptionis non obtinendis. Rubrica.

SAlubri statuto nostræ vniuersitatis in posterum prouidentes, volumus q̃ rectores nostri, vel ipsorum alter nullo modo inter consiliarios proponere audeat, uel proponi permittat,

de exempione alicuius doctoris a nostrorum obseruantia statutorum uel etiam de priuilegio alicui doctori dando. qui ciuis bononiæ, uel diocesanus fuerit ad sex sedium salariatarum aliquam possit eligi vt forensis pœna periurii & priuationis officii ipso facto & vniuersitatis nostræ omnis commodi & honoris ipsis rectoribus, vel ipsorum alteri qui contrafecerint imminẽte. Quod si de facto de prædictis exemptionibus vel priuilegio prepositum fuerit præter pœnam periurii ipso facto omni vniuersitatis nostræ commodo priuari volumus proponentem. Et si ex eo proposito aliquid secutum fuerit, ex nunc ipso iure volumus non valere, etiam si expresse per vniuersitatem huic statuto fuerit derogatum. Rectores etiam talem sic proponentem præter periurii pœnam, decem lib. bon. si contrafecerint incursuri. Et priuamus vltra penas præmissas ipsos Rectores, vel rectorem qui pro huiusmodi exemptionis gratiis obtinendis consiliarios vel vniuersitatem conuocauerint, uel aliquem proponentẽ audiuerint, si statim cum proponitur pro aliquo doctore ciue uel diocesano, de loco mora non facta non recedant. Iungentes etiam pœnam periurii & decem lib. bonon. quas ipso facto incurrant scolaribus uel scolari contra hoc statutũ proponentibus. Saluis priuilegiis insertis in præsenti uolumine statutorum.

¶ Quod doctores collegii non ueniant contra statuta vniuersitatis. Rubrica.

CAssa & irrita & inania statuta & consuetudines decernimus quæ doctorum collegium habuerit uel obseruauerit seu habiturum seruatum uel facturum de nouo fueri tin futurũ contra statuta nostræ uniuesitatis uel scolasticam libertatem. ¶ Quod si aliquis doctor collegii prior forte uel alius aliquid de prædictis statutis vel cõsuetudinibus in posterũ seruari facere uel seruare præsumpserit, ipso facto ab omni uniuersitatis commodo & honore sit priuatus, Rectores etiam sub pena iuramenti & decem lib. bonon. ipsum sic priuatum infra triduum postq̃ eis de hoc cõstiterit, per scolas omnes faciant publice nũciari. Doctor uero sic priuatus non possit restitui nisi nostræ uniuersitati libris uiginti bonon. integraliter persolutis. Adiicietes quod nullus scolaris qui examen fuerit intraturus debeat doctores in die præcedenti diem examinis uisitare. præter penam periurii penam quadraginta solidorum bonon. si contra fecerit incursurus.

¶ De cautione exigenda vt membranarum chartarum copia habeatur. Rub.

NE defectu debitæ prouisionis chartarum membranarum maxime pro libris scribendis, studentibus copia desit sed potius quod super hoc ab olim factum & ordinatum extitit futuris tẽporibus inuiolabiliter obseruetur. Statuimus & ordinamus quod cũctarũ cartharũ pellium hedinarum quæ laborantur in Ciuitate Comitatu & districtu bonon. duæ saltim partes de melioribus aptentur. rergantur & poliantur in chartis in forma chartarum utilium ad scribendũ & libros componendum ad cursum & modos hactenus usitatos. & cogantur laboratores huiusmodi pellium ciuitatis comitatus & districtus. bon. præfati cuiuscunq; conditionis existant per dominum potestatem ciuitatis bon. uel alium officialem ad hoc deputandum de hoc statuto seruando præstare idoneam cautionem, quam ipse potestas uel officialis singulis annis infra octo dies cum pro parte rectorum huius statuti uel alterius eorum requisitus fuerit exigere teneatur, & pro suis uiribus facere ut hoc statutum irrefragabiliter obseruetur. Ab obseruatione tamen huius statuti eximimus rect. prouideat tamen cum expedier.

¶ Ad quid teneantur scolares bonon. ciues quando publicam assumere volunt. Rubrica.

PRouidemus & irrefragabiliter ordinamus, q̃ quilibet bonon. de cætero conuentuandus, antequam admittatur ad publice receptionem, teneatur & debeat bidellos nostræ uniuersitatis generales qui pro tempore fuerint & quemlibet ipsorum induere uno gabano decenti & honesto cum capucio eiusdem panni, uel ad minus quatuor ducatos auri pro quolibet electioni scolari reseruata. uidelicet libr. xvi. sol. o. Item teneantur induere bidellos speciales doctorum ipsum presentantium, uel ad minus tres tantum ducatos pro quolibet eis cõcedat. s. lib. vi. sol. o. ¶ Notario aũt nostræ uniuersitatis dare teneatur & debeat triginta sol. & non ultra. s. libr. i. sol. x. ¶ Ad idem per omnia teneantur si duo uel tres fuerint, qui publicam accipere uoluerint, statuto superius edito sub rubrica de solutione faciẽda q̃ incipit cum in omnibus rebus &c. quo ad alias expensas in suo rubore permanẽte. ¶ Et q̃ nullus rector uniuersitatis utriusque presens uel qui pro tempore fuerit tam ultramontanus quam citramontanus audeat uel præsumat conuocari facere pro ipso doctore honorando, nec inuitationem nomine archidiaconi legi permittat, immo teneatur publice per scolas iuterdici facere, q̃ nullus debeat honorare eũ in dicto cõuẽtu suo, & qui contrafecerit pœnã periurii incurrat ipso facto, uel aliquis doctor iuris canonici uel ciuilis

lis interesse conuentui ipsius aut sibi præbere licentiam legendi audeat nisi prædicta omnia fuerint obseruata sub pœna quinquaginta lib. bon. ¶ Non obstante constitutione ciuitatis Bonon. alias priuilegio situato sub rubrica de priuilegijs scolaribus concessis & vniuersitatibus eorum in .§. Adijcientes vbi innuitur q̃ non in plus grauentur aliquibus sumptibus oneribus vel angarijs aliter nec plusquam forenses scolares volentes peruenire ad dictas examinationes. Cui ex certa scientia in hac parte derogamus.

¶ De salario archidiaconi bonon. & eius officialibus. Rubrica.

NVlla iuris ratio aut æquitatis obseruantia patitur. vt quæ salubriter pro vtilitate omnium nostræ vniuersitatis studentium introducta sunt, ea nos duriore sanctione contra nostrorum commodum in futurum perducere, aut quoquomodo in deterius mutare debeamus, & ne per negligentiam iura & consuetudines vniuersitatis nostræ hactenus non seruatas permittamus diutius deperire Deo propitio & plenaria auctoritate ab vtraq; vniuersitate nemine discrepante ad hoc nobis concessa, salaria domini archidiaconi bonon. & suorum officialium, quæ & qualia sint & qualiter solui debeant præsenti constitutione firmamus & declaramus. ¶ In primis videlicet q̃ pro salario magnifici ac Reuerendi patris domini de Sabellis principaliter dignissimi archidiaconi bon. & seu cuiuscunq; ipsius in dicto officio successoris soluantur eidem domino archidiacono pro examine quolibet cuiuslibet nostræ facultatis librę duodecim. & solidi decem bon. scilicet lib. xij. sol. x. ¶ Et totidem pro cõuentu quolibet cuiuslibet earum, videlicet lib. xij. sol. x. ¶ Item q̃ eidem domino archidiacono & seu eius vicario vel locumtenenti in absentia ipsius domini archidiaconi soluantur pro encenio cuiuslibet, examinis cuiuslibet, facultatum prædictarũ libre tres bonon. scilicet lib. iij. ¶ Item q̃ eidem domino archidiacono & seu eius vicario vel locũtenenti in absentia dicti domini archidiaconi pro encenio conuentus cuiuslibet facultatum cuiuslibet prædictarum teneatur conuentuandus soluere vnum ducatum auri & non vltra pro quo ducato debet dictus archidiaconus & seu eius vicarius vel locumtenens in absentia dicti domini archidiaconi sermonem conuentus facere & seu fieri facere scilicet lib. ij. ¶ Posit tamen idem cõuentuandus si voluerit pro suo honore prædictis prouidere de vestibus & seu de maiori summa prout eidem placuerit & videbirnr. ¶ Item q̃ notario dicti domini archidiaconi soluantur pro conuentu & priuilegio quolibet cuiuslibet dictarum facultatum computata in his charta priuilegij lib. tres & solidos duos. s. lib. iij. sol. ij. bon. ¶ Item q̃ bidello dicti domini archidiaconi soluãtur q̃ examine quolibet cuiuslibet dictarum facultatum sol. x. bon. videlicet lib. o. sol. x. ¶ Item q̃ eidem bidello soluantur pro conuento quolibet cuiuslibet dictarum facultatum libra vna. s. lib. j. bon. ¶ Item pro sigillo dicti domini archidiacoui in priuilegio quolibet cuiuslibet dictarũ facultatum soluantur solidi octo bon. s. lib. o. sol. viii. ¶ Prædictorum autem salariorum supradicti domini archidiaconi & aliorum suprascriptorum eius officialium deposita, fiant primo & ante omnia in actu quolibet penes bidellum dicti domini archidiaconi vel quemuis alium ex supradictis officialibus, & eisdem dentur birreta & chirotecę prout fuit & est hactenus consuetum & vsitatum non obstantibus in omnibus supradictis & singulis eorum quibuscunq; aliis nostrę vniuersitatis statutis & priuilegiis. ¶ Quibus omnibus & singulis quantum ad prędicta omnia & singula in præsenti statuto contenta ex certa scientia volumus derogari & intelligi fore & esse expresse & specialiter derogatum. Mandantes omnibus & singulis nostræ vniuersitatis quibuscunque quatenus prædicta omnia & singula suprascripta debeant inuiolabiliter: obseruari facere.

¶ Qui dicatur priuatus commodo & honore vniuersitatis nostræ. Rubrica.

VT de cetero dubitationis scrupulum non oriatur cum aliquis priuatus. est commodo & honore nostrę vniuersitatis quid intelligatur nomine commodi & honoris hac præsenti constitutione declaramus q̃ ille qui est vel erit priuatus, taliter intelligatur priuatus ab introitu scolariũ. ¶ Ira q̃ nullus doctor sub pœna periurii ipsum admittere præsumat sub auditorio suo immo abstinere debeat à lectionibus si contingat illum priuatum intrare de facto: ac etiam ab introitu examinis publici vel priuati. ¶ Ne aliquis doctor audeat nedum eos præsentare vel etiam conuentuare sed nec ipsorum examini priuato vel publico interesse dato q̃ sub eo non præsentetur, nec Rector aliquo modo ipsum vendicare possit tanquam de sua iurisditione. ¶ Item intelligatur priuatus omni priuilegio & auxilio statutorum & q̃ non valeat quoquomodo eligi ad aliquem honorem vel commodum aliquod & Rect. sub pœna periurij quam ipso facto incurrant tali priuato quomodocunq; nullum subsidium auxilium vel fauorẽ dare permittere, dari seu permitti facere, debeant quoquomodo nec pro vllo actu ad honorem ipsius tendentem, per scolas nũcietur per bidellum seu alium quemcunque.

¶ Vbi autem aliquis qui esset extra vniuersitatem propter aliquam iustam causam foret priua-

tus,ꝙ nedum intelligatur priuatus à quocunq; priuilegio nostræ vniuersitatis, sed nec audiatur volens conuenire aliquem gaudentem priuilegiis nostrę vniuersitatis,nec potestas requisitus per Rectores,debeat sibi reddere ius sub debito iuramenti, nisi prius restitutus fuerit per vniuersitatem. Et vltra hoc si filius eius vllo vnquam tempore contingat in iure studere ipsum propter sui patris delictum puniri volumus secundum huius statuti formam supra in principio,aliis penis in nostris statutis contentis quoquomodo prouenien. ¶Hoc autem statutum intelligimus siue sit priuatus ipso iure siue per sententiam Rectorum.Nomina autem istorum priuatorum scribi volumua per notariũ nostrum secũdum ꝙ in titulo de officio notarij mentionẽ fecimus expressam.

¶Qui gaudere debeant priuilegio vniuersitatis nostræ.

STatuimus ꝙ priuilegijs nostræ vniuersitatis gaudeant seu gaudere debeant matriculati matriculatos autem inteligi volumus illos qui in matricula fuerint descripti secundum formam traditam in titulo de massariis.Item doctores duntaxat qui iuraueriut Rectoribus secundum formam statutorum loquentium de iuramento doctorum,necnon notar. & bidelli generales ac etiã speciales & famuli scolarium & doctorum iuratorum. ¶Item miniatores,scriptores,ligatores librorum cartularij & omnes illi qui deputati fuerint quoquomodo ad seruitia vniuersitatis & singulorum de vniuersitate. ¶Quod intelligimus si corporale subierint sacramentum secundũ formam nostrorum præsentium statutorum. ¶Volumus etiam omnes scolares viuentes sumptibus alienis in studio bononieusi vt sunt socii doct. bonon. & scolarium bon. repetitores & similes gaudere debere omnibus priuilegiis nostræ vniuersitetis. ¶Nolumus tamen ꝙ ad aliqua officia in vniuersitate nestra admittãtur,nec etiam in aliquibus fiendis possint esse electores dummodo de eorum natione alius idoneus reperiatur. ¶Interprætati fuerunt & declarauerunt Sratutarii ꝙ dicta derogatoria huius statuti non vendicet sibi locum in sociis scolarium & doct.foren.nec in collegiatis nec in duodenantibns nec in capellanis, sed solum in sociis & repetitoribus ciuium. Orabonus notarius vniuersitats subscripsit.Prædictis tamen non obstantibus volumus ꝙ doct. forenses in hac tamen ciuitate graduati licet nou intrent vbicunq; existant his nostræ vniuersitatis gaudere priuilegiis ꝙ admittantur & describi possint in rotulis nostræ vniuersitatis pro gratiis apostolicis obtinendis.

¶Quod doctores qui legerint per.xxiiij.annos non teneautur repetere vel disputare. Rubrica.

CVm virtutum præmia tribui conueniat & quies assiduis animi laboribus concedi debeat. Ideo hoc statuto doctoribus qui cum corporum & animi laboribus & sollicitudine diu in hoc almo studio legerint prouidere volẽtes statuimus ꝙ doctor quilibet qui per vigintiquatuor annos legendi actus magistrales exercuerit,verisimiliter doctrinam sacratissimorum canonum vel legum scolaribus ministrando,non teneatur repetere vel disputare. Non ostante aliquo statuto supra in cõtrariũ dictante nisi scolaris aliquis sub eo quæstionẽ aliquã sustinere voluerit.

¶Quod doctores extraordinarie non debeant intrare hora repetitionis scolarinm.Rubrica.

EXperto scimus ꝙ cum in quolibet anni curriculo multe repetitiones & disputationes fiũt pariter tam per doctores quàm per scolares,& ex crebris & assiduis repetitionibus seu disputationibus contingit,vel ꝙ doctor qui extraordinarie legere debet,perdat suam lectionem vel repetens vel disputans audientia scolariũ careat,quod nedũ est tedioſum ipsi repetenti seu disputanti.sed etiã dãnosum ipsis scolaribus quos oportet altero duorũ priuari vel auditu lectionis vel auditu repetitionis,seu disputationis,cũ actus non fiant nisi ad dubiorũ declarationẽ.Ideo decernimus ꝙ in vna die non cõcurrant due repetitiones vel due disputationes,vel vna repetitio &vna disputatio:nisi qui repeteret in eadem repetitione de aliqua quæstione sustineret.Et tunc cum repetitur vel disputatur illa hora nullus doctor tam iuris canonici quam ciuilis legere audeat vel præsumat,maxime si contingeret per doctorrm repeti vel disputari.¶Sed si de facto contra istud statutum contigerit duas repetitiones fieri vel disputatiunes ea die licentiam damus doctori debenti legere ꝙ legat illa hora qua sibi placuerit.¶Vnam autem repetitionem seu disputationem fieri in eadem die & hora in iure canonico aliam in iure ciuili etiam vetamus.Permittimus tamẽ in eadem die diuersis tamen horis hoc fieri.

¶De priuilegiis Rectorum & scolarium ꝙ possint ire sine impedimento ad dominũ potestatem bon.& eius officiales & alios officiales communis bonon.

Ordinamus

ORdinamus ꝙ liceat Rectoribus vniuersitatis scolarium,ire ad dominum potestatem & capitaneum & eorum iudices & alios de eorum familia quãdocunq; placuerit eis,pro factis vniuersitatis prædictæ. & scolarium dictæ vniuersitatis.Et potestas & capitaneus & quilibet eorum familiaris cui loqui voluerit non possit prohibere Rectoribus ne ad eos accedant pro facto dictæ vniuersitatis, & prædictorum scolarium,& potestas & capitaneus teneantur præcipere eorum bercerijs nuncijs & domicellis ꝙ non vetent ipsis Rectoribus quo minus veniant & loqui possint ipsi domino potestati & capitaneo & cuilibet de eorum familia pro factis vniuersitatis & scolarium prædictorum. ¶Item dicimus ꝙ ipsis Rectoribus liceat sine impedimẽto alicuius bercerii seu nuncii vel alterius personę accedere ad quoscunque officiales communis bon.pro factis vniuersitatis seu scolarium prædictorum & pro eorum negociis & pro iustis & licitis & pro eorum iniuriis,pœna & banno cuilibet bercerio vel nuncio vel cuilibet alteri impedienti vel prohibenti quinque lib.bon.pro qualibet vice,ad quam pœnam soluendam potestas & alii officiales eius,bercerii,familiares,& nuncii,qui impedirent omnimodo teneantur. ¶Hoc statutum sumptum fuit de camera actorum & voluminis statutorum communis bonon.

¶De Rectoribus condemnandis propter pœnas non exactas. Rubrica.

VT autem sindici reddantur certi absque vlla laboris sarcina. Quæ pœnæ fuerint per Rectores exigendæ negligentia omissæ vel non exactæ,& vt prohibiti à veritis sciãt abstinere,tum ea quæ in fine repetuntur melius memoriæ commendantur. ¶Ideo vtiliter & compendiose declarando repetimus,ꝙ Rectores tenentur exigere pœnas contentas in infrascriptis statutis.s. ¶In statuto per quem publicetur electio &c.¶Item pœnam descriptam supra in titulo ad quid Rectores specialiter teneantur. ¶Item in statuto de petiariis. Et etiam in rubrica iuramantum stationariorum. ¶Item statutum sub rubrica de inchoatione studii nec non statuti sub rubrica quem modum seruare debeant doctores &c.¶Item pœnam comprehensam in titulo,Quod nulla lex vel paragraphus dimittatur.¶Et in statuto qui & quando debeant disputare. Ac etiã in statuto sub rubrica de præsentatione scolarium doctorandorum. ¶Itẽ in primo statuto supra de rectoribus,ipsorum sindicis & electione Rectorum.¶Item in statuto posito in titulo de massariis, & statutarijs de sindicis. ¶Item ad quid teneãtur stationarii supra.¶Itẽ in statuto de doctoribus salariatis.¶Item in statuto de solutione fienda vniuersitati. ¶Item etiam in statuto posito sub rubrica de scolaribus legentibus extraordinarie,nec non & in omnibus aliis nostris statutis supra descriptis in quibus pœnæ reperirentur descriptæ.¶Ac etiam in quibus Rectores incidisse constaret,cum prędictas omnes pœnas non exigerint,iudicari & condemnari debent secundum ꝙ in statutis prædictis continetur.

¶Pro expensis fiendis tam in publico q̃ in priuato examine.Rubrica.

QVoniam in nonnullis capitulis huius voluminis statutorum descriptæ sunt & dinumeratæ sunt expensæ quæ fieri debent à scolaribus in eorum expeditione.Ideo pro ipsorum facilio ri notitia,& vt habilius & clarius omnibns innotescat decernimus per viam summæ hoc præsenti statuto illas seriatim & discrete quãbreuius potuimus notare atq; describere,videlicet.

¶In primis pro licentia soluantur vniuersitati sol.triginta bonon.	videlicet lib.i.sol.x.
Domino archidiacono libre duodecim cum dimidia bonon.	videlicet lib.xij.sol.x.
Ipsius locumtenentibus lib.tres bon.	videlicet lib.iii.sol.o
Sexdecim doctoribus collegii, exceptis præsentantibus soluantur due libre bonon.pro qualibet dum tamen fuerint præsentes in examine.	videlicet lib.ii.sol.o
Notario Archidiaconi solidi triginta bonon.	videlicet lib.i.sol.x
Item notario collegii iuris ciuilis sol.viginti bonon.	videlicet lib.i.sol.o
Et bidello solidos sex bon.videlicel si legista fuerit licentiandus	videlicei lib.o.sol.vi
Notario collegii iuris canonici sol.viginti bonon.	videlicet lib.i.sol.o
Et bidello sol.sex bonon.	videlicet lib.o.sol.vi
Nutario nostræ vniuersitatis à quolibet examinando tam in iure ciuili q̃ canonico tam vltramõtano q̃ citramontano dentur solidi sex bon.	videlicet lib.o.sol.vi
Bidello vltramontanorum à quolibet vltramontano examinando dentur solidi viginti bonon.	
Et quolibet citramontano solidi decem bonon.	videlicet lib.o.sol.x
Et econtra bidellus generalis citramon.habeat & habere debeat à quolibet citramontano examinando solidos viginti.	videlice. lib.i.sol.o
Et à quolibet vltramontano solidos decem bon.	vsdelicet lib.o.sol.x
Bidelli autem speciales doctorum,scilicet canonistarum habere debeant solidos duos à quolibet canonista.	videlicet lib.o.sol.ii.
Et bidelli speciales doctorum legistarum totidem recipiant à legista scolari examinando qui præsentes in examine fuerint.	videlicet lib.o.sol.ii.
Item pro campana & portatura librorum solidi quatuor soluantur	videlicet lib.o.sol.iiii
Item doctoribus collegii in examine pro confectionibus & maluasia ciatis & anchistariis in totũ	soluantur

soluat̃ cur libre tres & solidos decem — videlicet lib.iii.sol.x
Pro conuentu soluantur vniuersitati nostræ solidi triginta — videlicet lib i.sol.x
Domino archidiacono libræ duodecim cum dimidia — videlicet lib.xii.sol.x
Eius vicario vnus ducatus pro sermone — videlicet lib.iii.sol.x
Doctoribus præsentantibus decem ducati vel duodecim aut duodecim brachia panni eiusdem valoris — videlicet lib.xxiiii
Cæteris doctoribus collegij pro quolibet solidi viginti — videlicet lib.i..sol.o
Bidello speciali doctoris præsentatis ducati duo vel vestis arbitrio scolaris soluantur, videlicet — lib.iiii.sol.o
Cæteris bidellis specialibus solidi quinque pro quolibet ea forma qua supra diximus in licentia si præsentes fuerint. — videlicet lib.o.sol.v
Pro quoque vero bidello generali a quocunque bon.doctorando & pro quocunque gradu dentur ducati quatuor vel vestis eiusdem valoris.
Et si contingat aliquem assumere publicam in vtroque habeat dictus bidellus generalis ducatos sex vel vestem eiusdem valoris. — videlicet lib.xiii.sol.x
Notario archidiaconi pro priuilegio doctoratus habendo cum charta membrana libre tres bon. & duo solidi soluantur. — videlicet lib.iii.sol.ii.
Item bidellus generalis vltramontanus habeat à quolibet citramontano conuentuando solidos viginti bonon. — videlicet lib.i.sol.o
Citramontanus vero à quolibet vltramontano solidos viginti bonon. — videlicet lib.i.sol.o
Bidello autem & notare collegij iuris ciuilis si legista fuerit soluat solidos decem bon. videlicet — lib.o.sol.x
Et totidem bidello & notario iuris canonici si canonista fuerit — videlicet lib.o.sol.x
Notarius vniuersitatis habeat solidos decem bonon. — videlicet lib.o.sol.x
Pro cirotecis decem & octo doctorum collegij dentur libre due & solidi quatuordecim, & si fuerint pauciores q̃ decem & octo minus soluatur. — videli cet lib.ii.sol.xiiii.
¶Item dentur birreta doctoribus & priori collegii tantum cum cirotecis inhibentes sub pœna p iurij q̃ nemini aliorum astantium cuiuscunque conditionis existant dentur dicta birreta non obstante aliqua consuetudine hactenus obseruata quam ex nunc dicimus esse nullam.
¶Item pro cathedra in sancto Petro & bancis libra vna soluatur & non vltra non obstante maiori solutione hactenus sine iure facta. — videlicet lib.i.sol.o
Pro campana dentur solidi duo. — videlicet lib.o.sol.ii
Pro cortinis & banchalibus solidi viginti bonon. — videlicet lib.i.sol.o.
Pro piffaris tribus & quatuor tubatoribus lib.duæ & solidi nouẽ soluãtur.videlicet lib.ii.sol.ix.
¶Pro quibus expensis obseruandis præcipimus & mandamus q̃ nullus sit tante temeritatis vt audeat vel præsumat contenta in hoc statuto, & in aliis de similibus loquentibus aliqua de causa violare sub pœna periurii commodis & honoris uostræ vniuersitatis & suæ licentiæ & doctoratus,quam ipso facto incurrat qui contrafecerit imponentes necessitatem Rectoribus sub eadem pœna,tempore quo concedunt licentiam examinari volent,vt deferant iuramentum eidem q̃ nõ vltra prætaxatam quantitatem dare præsumat,& si scolaris noluerit iurare non possint ei dare licentiam pro examinatione habenda,& teneantur dicti Rectores super hoc facere plenam inquisitionem. ¶Interprætati fuerunt dicti statutarij omnes q̃ dicta clausula nec statutum deroget in aliquo constitutionibus & iuribus doctorum vtriusque collegii quas volumus firma manere.Orabonus not.vniuersitatis scripserit. ¶Item bidelli generales non vltra recipiant in depositum quã sit quantitas in isto statuto taxata sub pœna priuationis officij & librarum viginti,quam ipso facto incurrant. ¶Quando ligent statuta & de ipsorum voluminibus.Rubrica.

EAdem die & hora post quam publicata sunt vel pro publicatis habita, volumus q̃ ligent statuta illis exceptis de quibus quando ligent specialiter est expressum.Et ex nunc reuocata esse volumus omnia statuta hoc volumine non inserta & omnia alia volumina statutorum ac etiã oẽs prouisioues,oĩa gesta & acta retroactis temporibus factas vel facta, quæ statutis præsentibus minime sunt insertæ vel inserta clausulis derogatorijs,non obstantibus quibuscunque etiam si de eis in statuto huiusmodi de verbo ad verbum fieri deberet mentio specialis.Addentes q̃ per totum mensem februarii fieri debeant quatuor volumina statutorum quorum duo teneant ambo Rect.quilibet vnum & tertium in statione generali vniuersitatis ligatum cathenis ferreis volumus permanere. ¶Quantum vero poni volumus in camera actorum ad perpetuam rei memoriã. Pœnam periurii &.x.lib.bonon.ipso facto incursurus Rector vel Rectores ambo qui statutũ seu librum statutorum cathenis in statione ligatum subtulerit vel remouerit vel consenserit vt remoueatur tacite vel expresse etiam si ad tempus remouere voluerit,eandem pœnam incurrere volumus quemcunque scolarem vel alium qui remouerit prædicta statuta vel cõsenserit remoueri. ¶Et eadem pœna ligamus bidellos generales qui statim cum sciuerint non nunciauerint ambo

bus

bus Rectoribus.Et quia Rector necesse habet statuta pœnes se habere.Ideo volumus q̃ not. nostræ vniuersitatis satisfacto sibi competenter de scriptura scribere teneatur in prædicto loco stationis vbi prædictum volumen fuerit ligatum.Et ne dubium oriatur statuimus q̃ statuta quę debent esse pœnes Rectorem vltramon.scribantur expensis vltramont.vniuersitatis, & statuta quæ debent esse pœnes Rectorem citramon.expensis vniuersitatis citramont. ¶Statuta vero quæ esse debent in statione & in camera actorum expensis cõibus scribantur.s.vtriusq; vniuersitatis. Districte inhibentes, ne quis Rector scolaris vel not.officialis vel alius quicunq; audeat addere detrahere vel suplere vltra illas rasuras & additiones de quibus infra in fine fit mentio specialis vel quomodolibet maculare ad statutum aliquod in voluminibus prædictis descriptum vltra pœnã periurij, cuicunq; officiali,quem id feciſſe constaret pœnã priuationis perpetuę infligentes,quæ non solum per Rectores remitti non possit immo sub pœna periurij cum hoc illis vel ipsorum alteri nunciaretur vel de hoc haberentur probabiles coniecturę,quisq; eorum etiam altero resistente teneatur inquirere & pœnã prædictam si de hoc constiterit,declarare. ¶Addentes q̃ statutis in hoc volumine descriptis nullus insistere vel detrahere audeat,pertinaciter autem asserentes illa in totum vel In partem ex defectu potestatis vel inhabilitatis alicuius uel quia in eligendis statutarijs uel quia in prosecutione statutorum.s. reformatione,additione, compositione, uel detractione,nõ fuerit seruata forma statuti quod incipit.Sancitum est &c.sub rubrica de statutariis & reuocatione statutorũ,uel quia prorogationes ad prosequendũ statuta non fuerint rite & recte factę,iure statutorũ uel cõsuetudinis forma non seruata uel alia de causa non ualere,priuamus oĩ nostræ uniuersitatis ipso facto,cõmodo & honore. ¶Et nihilominus pœnã periurij incurrant & vigintiquinq; librarũ bon.incurrãt Rect. etiã ad petitionẽ unius de statutarijs exigere debeãt sub pœna priuationis officij & periurii quam ipso facto incurrant.

¶Item statutarij nostri qui præsentia statuta reformauerunt correxerunt & addiderunt gaudeant,per quatuor annos continuos plena exemptione non obstante statuto posito sub rubrica de statutarijs. ¶Statuimus etiam nobis ipsis reseruando potestatem etiam post publicationem istorum statutorum faciendi transcribere & in publicam formã reducere.Et nihilominus ista publicata obtineant roboris firmitatem. ¶Volumus etiam statuta penes nos remanere quousq; transcripta fuerint & in publicam formã redacta,& si interim Rectores statutis indiguerint mittãt ad domum prioris statutariorum & ibi eis copia fiat. ¶Describere & in formam statutorum reducere priuilegia nouiter concessa q̃ statuta ciuitatis inserta in uolumine statutorum antiquorum illa tantum describantur quæ pro uniuersitate faciunt,q̃ si in transcribendo appareant dictiones orationes,siue clausulę,contrarię,superfluę,siue non conformes remoueantur & addantur quæ sunt ad decorem ordinem,corroborationem & obseruantiam.

¶INCIPIT LIBER QVARTVS IN QVO CONTINETVR.

De priuilegiis & immunitatibus concessis a longissimis temporibus doctoribus & scolaribus studii bonon.

STatuimus q̃ dñi antiani & dñi cõfalonerii & massarii artiũ,ciuitatis bon. & qlibet alius officialis forensis dictę ciuitatis teneãtur & debeãt toto posse dare operã q̃ stu diũ scolariũ tã iuris canonici q̃ ciuilis seu cuiuslibet alterius licitę facultatis uel sciẽtiæ,sit,& debeat esse perpetuo in ciuitate bon.& illud in bono statu manutenere,& doctores ipsarũ scientiarũ & Rectores scolariũ & ipsarũ uniuersitatẽ scolariũ & scolares & ipsorũ iura & res & bona tueri tã in iudicio q̃ extra,ubicũq; & quotiẽscũq; expedierit ac etiã manuteneri facere oĩa & singula statuta ordinamenta & priuilegia & beneficia utriusq; uniuersitatis scolariũ faciẽtia in ipsorũ studii doctorũ,Rectorũ uniuersitatis ,& scolariũ fauorẽ,& ea seruari facere,bona fide & ad augumentũ studii & bonũ statũ scolariũ & quietẽ,nec nõ teneãtur manuteneri facere, oĩa,& singula statuta ordinamẽta & priuilegia beneficia & cõstitutiones doctorũ ciuiũ tã iuris ciuilis q̃ canonici & etiã medicinæ artiũ. Declarãtes statuta & cõstitutiones doctorũ prędictorũ pręferri debere & pręferẽda esse statutis cuiuscũq; uniuersitatis scolariũ.Et q̃ doctores p̃dicti nõ legẽtes nõ intelligãtur astricti & ligati p statuta alicuius uniuersitatis scolariũ.Nec etiã scolares ciues bon.in aliqua facultate studẽtes intrãtes in aliqua sciẽtia.Teneantur etiã dñs potestas & capitaneus & quilibet eorũ si sup p̃dictis adhibitus fuerit,punire quẽlibet qui ,pcuraret uel tractaret q̃ studiũ p̃dictũ alibi trãsferatur penis designatis in,pximo statuto. Adijciẽtes etiã q̃ statuta cõis bon.,pferantur statutis cuiuslibet uniuersitatis scolariũ et statutis alterius cuiuscũq; cõitatis,socieratis,uel vniuersitatis et oĩbus et singulis statutis ordinamẽtis,et priuilegijs et beneficiis et cõstitutionibus doctorũ tã iuris ciuilis q̃ canonici et etiã medicinę et artiũ. De tractãtibus scu sectã faciẽtibus uel aspirationẽ pro studio trãsferẽdo extra ciuitatẽ bon. Rub.

HAc edictali cõstitutione sanximus q̃ nulla persona,ciuis,vel forensis,cuiuscunq; cõditionis & status existat audeat vel præsumat sectã vel cõspirationẽ aut tractatus facere vel inire per se vel aliũ,per nunciũ,vel alio quoçunq; modo,cum aliqua persona ecclesiastica,vel secula-

ri, collegio vel vniuersitate terra cõe vel comitatu de studio ciuitatis bon. transferendo ad aliũ locum vel ali quod procurare propter ꝙ studiũ ciuitatis bon. possit tolli. Et ꝙ aliquis ciuis seu habitator ciuitatis bon. vel aliquis alius non audeat, vel presumat ducere scolares alibi gratia studii alibi exercendi, vel sequi scolares aliquos prædicta de causa, & si quis contrafecerit & venerit in fortiam dñi potestatis & cõis bon. pœna capitis puniatur. Si vero non venerit in fortiã dñi potestatis & cõis bon. ponatur in perpetuo bãno cõis bon. tanq̃ proditor cõis bon. de quo perpetuo exire non possit nec cãcellari. Et si talis bãnitus venerit in fortiã dñi potestatis cõis bon. capite puniatur infra tertiã diem, & oĩa bona talis banniti publicentur & veniãt in cõe. Et sic simile pœnã incurrat potestas & quilibet de eius familia & cęteri officiales cõis bon. seu ciuitatis bon. qui cõtra prædicta facere attemptauerit. ¶ Item ꝙ nullus maior quinquaginta annis, qui sit vel erit doctor legũ vel decretorũ seu decretaliũ, vel medicinæ vel artiũ, ciuis bon. vllo modo vel ingenio audeat vel præsumat, sine licentia magnificorũ dñorum ancianorũ & dñorum de collegiis de ciuitate bon. se conferre ad aliqua ciuitatẽ locum vel terrã aut cõitatem causa legẽdi in aliqua prædictarum scientiarũ. ¶ Et qui cõtrafecerit puniatur & cõdẽnetur pœnã capitis. Si venerit ad mandata cõis bon. Si autẽ ad mãdata non venerit ponatur in publico bãno cõis bon. in amputatione capitis & ipsius bona oĩa publicentur, quæ perueniunt in cõe & idem dicimus vt eadem pœna & simili mõ puniatur quilibet doctor forẽsis bon. salariatus ꝓ lectura si durãte tẽpore quo salariatus est. seu esse debet, se trãstulerit ad aliquã terrã vel locũ extra ciuitatẽ & comitatũ bon. causa legẽdi, & nullus ciuis bon. minor quinquaginta annis doctor vt supra audeat vtsupra sine licẽtia magnificorum dominorum antianorum de ciuitate bon. ad aliã ciuitatem vel alibi conferre causa legendi vt supra sub pœna ducentorum bonon. auri, & quilibet possit accusare & habeat a cõi bonon. centum libras bonon. si liquidũ fuerit de aliquo quod in aliquo de prædictis capitulis cõtinetur.

¶ De stationariis tenentibus exempla librorum vel apparatuum. Rubrica.

ORdinamus pro vtilitate scolarium & studii, ꝙ stationarii exempla librorum & apparatuũ tenentes, non præsumant vendere vel alio modo alienare vt portentur ad studium alterius ciuitatis vel terræ vel aliquid fraudulenter facere, in læsionem ciuitatis seu studij bon. pœna & banno centum lib. bon. cuilibet contrafacienti & pro qualibet vice. Et quilibet possit accusare & denunciare, & habeat medietatem banni. ¶ Item ꝙ ipsi stationarij teneantur habere exẽpla correcta & bene emendata bona fide & prout possibile melius erit, & de eis, scolaribus petentibus copiam facere, & pro exemplatura id accipere quod hactenus pro tempore præterito consueti sunt accipere & habere & non plus. s. pro qualibet pecia cuiuslibet lecturæ antiquæ editę & compilatæ à septem annis retro sex denarios bon. paruorum, & pro qualibet pecia cuiuslibet lecturæ nouæ compilatę à septem annis citra & etiam compilando de cætero octo denarios paruos. Et hoc, non obstante aliquo statuto vel priuilegio vel alia ordinatione quomodolibet in contrarium faciẽtibus, & ad hoc cõpelli quilibet possit per vicariũ potestatis nõ obstãte fori priuilegio

¶ De domibus in quibus habitant scolares non destruendis. Rubrica.

STatuimus & ordinamus ꝙ hospitia & domus in quibus habitãt scolares non possint destrui per commune bon. occasione alicuius delicti, vel maleficii vel rebellionis alicuius, nel condẽnationis, vel mulctæ factæ de domino domus vel inuadi per alium donec eas habitauerint, sed libere dimittantur eis pro toto eo anno quo ipsas conduxerint soluendo pensionem, si non soluerint quã debebant soluere cõmuni bon. si ius aliquod habet commune bon. in dictis hospitiis ratione cõdemnationis factę de domino hospitij & ipsum hospitium occuparet vel acquireret, aliter de iure, & finito anno conductionis possit procedi de jure non obstante habitatione scolariũ.

¶ Decernimus etiãꝙ aliquæ domus positæ in ciuitate vel comitatu bonon. non possit occasione alicuius debiti dirrui vel deuastari saluis nostris statutis aliter disponentibus.

¶ De priuilegiis Rectorum & scolarium qui possint ire sine impedimento ad dominum potestatem vel eius familiam & alios officiales communis bononie. Rubrica.

ORdinamus ꝙ liceat Rectoribus vniuersitatis scolarium, ire ad dominum potestatem, & capitaneum & eorum iudices, & alios de eius familia quandocunq; eis placuerit pro factis vniuersitatis prædictę vel scolarium dictę vniuersitatis, & potestas & capitaneus & quilibet eorum familiaris, cui loqui voluerit non possint prohibere Rectoribus, ne ad eos accedãt pro factis dictę vniuersitatis vel scolariũ prędictorum. Et potestas & capitaneus teneantur pręcipere eius berceriis & nunciis & domicellis ꝙ non vetent ipsis Rectoribus, quo minus veniant & loqui possint ipsi dño potestati & capitaneo & cuilibet de eorum familia pro factis vniuersitatis prędictę seu scolarium prędictorum. ¶ Item dicimus ꝙ ipsis Rectoribus liceat sine impedimento alicuius bercerij vel nuncii vel alterius personę accedere ad quoscunq; officiales cõmunis bon. pro factis vniuersitatis seu scolarium prędictorum & pro eorum negociis, & pro eorum iniuriis, & pro iustis & pro licitis negocijs, pœna & banno cuilibet bercerio vel nuncio, vel cuilibet alteri prohibẽti vel impedienti quinq; lib. bon. & pro qualibet vice. Ad quam pœnam soluendam potestas vel alius officialis, cuius bercerij vel familiares, & nuncij impedierint omnimode teneantur.

De immunitate

¶ De immunitate doctoribus concessa & scolaribus ciuibus legentibus. Rubrica.

STatuimus ꝙ doctores legum, & doctores decretorũ. Medicinæ & artium qui legunt, q̃diu legerent vel præsiderent lecturæ in iure ciuili vel canonico vel in medicina, vel in artibus, vel q legerint viginti annis in aliqua prædictarũ scientiarũ non teneantur ire in aliquos exercitus vel caualcatas, qui vel quæ fient de cætero per cõmune bon. vel ad custodiã ciuitatis bon. vel alicuius castri, vel loci vel cõmunis vel etiã cum milites, vel pedites mitterẽtur in seruitio cõmunis bon. vel alicuius vel aliquorũ, vel ad aliquod opus faciendũ, nec ponantur in decenis militũ vel peditum, vel cinquantinis vel vigintiquinquenis peditũ, vel alio modo peditũ vel militũ. Hoc tñ saluo ꝙ si quæ collectæ imponentur cõiter per cõmune bon. pro aliquo exercitu faciendo vel caualcata, vel custodia alicuius castri vel aliqua alia causa de supradictis, ipsam collectam prout eis cõtigerit soluere teneantur sicut alij ciues ciuitatis bon. eandẽ immunitatẽ habeat vnus notarius pro qualibet vniuersitate. s. iuris & medicinæ. Bidelli generales totius vniuersitatis qui induuntur pro vniuersitate cum domicellis Rectorũ vniuersitatis prædictæ. Et vnus bidellus pro quolibet doctore legente & vnus stationarius librorũ pro qualibet statione q̃diu tales bidelli. Not. & stationarij fuerunt bidelli, stationarii, & notarii. Idem dicimus in magistris grãmaticæ, dialecticæ phisicæ, notariæ, & dictatoriæ facultatis qui legunt & seu legent cõtinue. Dicimus etiãꝙ scolares ciues, qui extraordinarie scolaribus legunt cõtinue & scolares qui scolas iuris ciuilis vel canonici & cuiuslibet alterius facultatis cõtinue eis sic legentibus, & intrãtibus excusentur ab exercitibus, & caualcatis & custodiis ciuitatis bon. vel alicuius loci vt supra. Considerãtes ꝙ propter lecturam ordinariã attributã solũ doctoribus, ciuibus ciuitatis bon. in qualibet facultate, & per ipsos cõtinuatã & alia priuilegia ipsis doctoribus & eorũ collegiis cõcessa, studium cuiuslibet facultatibus in ciuitate bon. & maxime in iure ciuili fuit per tẽpora præterita, & est hodie cõseruatum & auctum. Statuimus & ordinamns ꝙ doctores vere & naturaliter ciues ciuitatis bon. origine propria paterna & auita vel duabus saltim ex eis presint lecturis ordinariis librorum ordinariorum, & qui legi ordinarie cõsueuernnt in qualibet facultate declarãtes in iure ciuili libros ordinarios esse codicem & digestum vetus, extraordinarios infortiatum digestum nouum & volumen. In iure vero canonico decretalem & decretum de mane ordinarie esse. Et ꝙ nullus cuiuscunque status & cõditionis existat, qui nõ sit ciuis, vtsupra quouis modo colore, causa vel forma audeat vel presumat attẽptare de intrãdo aliquod de ipsis collegijs, vel ipsum intrare vel ei quoquomodo aggregari volẽs, vel coactus vel ad ipsum petere se admitti vel admissus se ad ipsum accedere, vel ad aliquod cõmodũ, vel honorẽ dictorũ collegiorũ, vel alicuius eorũ, nec aliquẽ prẽsentare ad publicum vel priuatũ examen, nec aliqua insignia doctoratus tradere nec legere aliquẽ de dictis libris ordinariis in totũ vel in partẽ, nisi quatenus ei pmitteretur ex forma cõstitutionũ collegiorũ doctorũ. Quæ cõstitutiones debeãt obseruari in oĩbus & p oĩa quo ad facultatẽ illã de qua fuerit collegiũ, de quo ageretur sub pœna, cuilibet cõtrafaciẽti pro qualibet vice qua fuerit in p̃dictis vel aliquo eorũ cõtrafactũ, mille florenorũ auri de facto auferẽda p dñm potestatẽ ciuitatis bon. & cõi bon. applican. Quã pœnã si nõ exegerit dñs potestas retineri debeat tantundẽ sibi de suo salario p depositariũ cameræ cõis bon. Et de hoc specialiter sindicari debeat ipse dñs potestas & depositarius tẽpore sindicatus cuiuslibet eorũ. Et quicunq; alii officiales ciues vel forẽses cõis bon. q̃primum sciuerint in aliquo de prędictis cõtrafieri teneãtur totis viribus resistere & ꝓuidere ꝙ p̃dicta effectui demãdẽtur. Et quod cõtra p̃dicta. vel aliquod p̃dictorũ nõ possit ꝓuideri, vel defensari, nec ad aliquẽ actũ ꝓuisionis, vel dispẽsationis, uel ꝓpositionis in cõtrariũ alicuius p̃dictorum deueniri pœna, cuilibet proponẽti. cõsulenti, vel arẽgãti, vel ad aliquẽ actũ deueniẽti cõtra p̃dicta, vel aliquod p̃dictorũ quoquomodo tacite vel expresse directe vel p obliquũ mille florenorũ auri de facto sibi auferẽda p dñm potestatẽ vt supra Et nihilominus quicqd fuerit cõtrafactũ nõ valeat ipso iure, saluo semp priuilegio cõcesso in iure canonico venerabili viro dño Ioãni de lignano, cui p hoc nõ intẽdimus derogari. Volumus insup constitutiones coliegii doctorũ iuris ciuilis ciuitatis bon. & collegii doctorũ iuris canonici in dicta ciuitate, & cõstitutiones doctorũ medicinæ factas & fiẽdas valere, & tenere & plenũ robur, & effectũ habere, & oĩa & singula in eis cõtenta, ac obseruari debere in oĩbus & p oĩa præcise per quẽlibet officialẽ cõis bon. ciuem vel forensem, & p inde ac si essent singulariter & particulariter descripti in præsenti volumine statutorũ & sub pœnis in nostris statutis contentis, contra non obsernantes ipsa statuta quę sunt in præsenti volumine statutorum.

¶ De priuilegiis scolaribus concessis per vniuersitatem. Rubrica.

ORdinamus ꝙ si contigerit oriri aliquã discordiã vel rixã, seu furorẽ in ciuitate bon. inter aliqs q̃ scolares, per quã scolares aliquid amitterent (quod absit) quod per cõe bon. restituatur ad plenũ. Saluo ꝙ si malefactor reperiretur & fuerit soluendo, ius scolari contra talẽ malefactorem & eius bona saluum sit ipsi scolari vt in tantũ cõe bon. non teneatur. ¶ Item ꝙ si hospitium quod habitaret aliquis scolaris cõbustũ vel destructum fuerit infra tempus cõductionis ꝙ ipsi scolari cõcedat cõe bon. hospitiũ cõueniẽs usq; ad finitũ tẽpus cõductionis illius anni, quo p

dicta cõtingerent,nisi culpa ipsius scolaris habitãtis,vel sui familiaris cõtigerit. Itẽ ꝙ taxationes hospitiorũ scolariũ singulis annis fiant â cõmuni bonon.per duos bonos viros eligẽdos ꝑ defensores à veris,& totidẽ eligendos ab vniuersitate,qui iurare debeant in prẽsentia Rectorũ.hospitiorum taxationes facere bona fide,& si discordarent in precio seu pẽsione,quintus eligatur ꝑ dños antianos,qui dirimat discordiã,cuius arbitrio cum duobus eorũ stetur,nisi de precio & pẽsione inter partes fuerit conuentũ cui cõuentioni stetur,& fiat hoc ad requisitionẽ Rectorũ saluis pactis in locationibus factis de partiũ voluntate.Itẽ ꝙ pensiones hospitiorũ scolariũ soluantur secũdum ꝙ soluuntur ꝑ ciues,qui conducunt domos alienas,cum scolares vt ciues, & pro ciuibus in his & aliis habeantur.Ita tamen ꝙ si aliquis ex dictis scolaribus recesserit ante finitum tẽpus locationis soluta pensione liceat ei aliũ scolarẽ parẽ eidẽ,ponere loco suo,pro residuo tẽporis dictę locationis in eodẽ hospitio,& aliter nõ. Et præterea nõ possit interdici aliquod hospitiũ,& si interdiceretur nõ valeret interdictũ.Itẽ ꝙ scolares possint quãdocũq; & vbicunq; emere,& â quocũq; granũ in quacũq; q̃titate ad vsum ꝓpriũ & suæ familiæ necessariũ,nõ obstãte aliquo bãno vel ꝓhibitione vel reformatione, vel statuto factis vel faciẽdis,nec vẽditoribus possit ꝓhiberi speciali vel generali ꝓhibitione quomjnus eis vẽdatur,& portatoribus seu victualibus ne portent,& pœna ꝓpterea ꝑposita,cassa sit ex nũc & nullius momẽti,gabella tamẽ de vẽditione soluatur.Itẽ ꝙ cõtractus scolariũ cum quocunq; cõtraxerint,& eorũ vltimę voluntates habeãt plenã firmitatem si factę fuerint de iure cõmuni,etiã si careãt solẽnitatibus quæ viderentur requiri ex forma alicuius statuti seu municipalis,dũmodo stipulatio reperiãtur manu alicuius notarii ḋ societate notariorũ ciuitatis Bon,saluo ꝙ prædicta locũ nõ habeãt,quãdo cõtractus fieret occasione ludi.Itẽ ꝙ scolares possint habere quatuor mercatores vel feneratores qui mutuent eis pecuniã,qui mercatores seu feneratores exprimi debeant & dari in scriptis,& nomina ipsorum.per Rectores scolariũ,dominis Antianis & domino potestati Bon.& non teneantur ire dicti mercatores vel feneratores in exercitibus vel caualeatis,seu alicuius castri.uel hominis facere custodiam. ¶ Item ꝙ scolares uniuersitatis prædictorum gaudeant priuilegio societatum populi Bonon.in emendo frumentum & alias res â communi. ¶ Ita ꝙ quando hominibus ipsarum societatum,uenditur frumentũ uel alię res,dentur & uendantur etjam scolaribus si emere uoluerint & pro eodẽ pretio, & ꝓ eadẽ forma &modo quo uel qua datur societatibus populi seu hominibus ipsarũ societatũ.Itẽ ꝙ scolares sint ciues & tãquã ciues ipsi habeãtur, & pro ciuibus reputentur,donec scolares fuerint,& res ipsorũ tanquam ciuium defendantur,ad defensionem & vtilitatẽ ipsorum,& rerum ipsorũ, nec possint ipsi tanquã forenses nec eorũ res detineri vel molestari alicuius occasione represaliæ conceẽsse cõtra cõmune seu ciuitatẽ terræ velcastri,vel banni dictis terris castris vel ciuitatibus dati,vel alicuius debiti pecuniarii. ¶ Item ꝙ potestas vel aliquis gerens vices eius nõ possit interdicere vel impedire studiũ ali quo modo prohibendo doctoribus ne legant vel præcipiendo vt legant cõtra voluntatem scolariũ seu vniuersitatis,saluo ꝙ doctores legum si necesse fuerit pro ambasciatoribus cõmunis bon.ire & mitti possint & absq; diminutione salarii. ¶ Itẽ dicimus ꝙ in quæstionibus ciuilibus scolariũ quas habent vel habebunt cũ scriptoribus & fideiussoribus eorũ vel aliis quibuscunq; ꝑsonis,summarie,sine libelli oblatione & strepitu iudicii ꝓcedatur non obstantibus feriis&si recõueniãtur,eodẽ modo,ꝓcedatur,& idẽ seruetur in quęstiouibus quas habebũt ciues vel comitatini cũ scriptoribus vel eorũ fideiussoribus. ¶ Adiicientes ꝙ bonõ.studẽtes & qui studebũt in futurũ in iure ciuili vel canonico volentes peruenire ad examinationẽ priuatã vel publicam,seu conuentũ nõ grauẽtur vel grauari possint aliquibus sumptibus vel oneribus,vel angariis aliquibus,aliter nec plusquã grauãtur forenses scolares volẽtes puẽnire ad dictas examinationes causa prætextu vel vigore aliquorũ priuilegiorũ vel statutorũ vniuersitatũ scolariũ etiã iuramento firmatorũ & ipsis nõ obstãtibus quibus ex certa sciẽtia derogamus.Saluis tamen & semp reseruatis cõstitutionibus collegii doctorũ iuris canonici. ¶ Et ꝙ doctores de collegio doctorum ciuitatis bonõ.teneãtur & debeãt se cõgregare quãdocunq; ad petitionẽ cuiuscũq; scolaris bon. volẽtis examinari & doctorari ad ipsius examinationẽ & doctoratũ procedere & interesse ꝓut soliti sunt facere. Et ꝙ dñs potestas ad petitionẽ talis scolaris possit teneatur & debeat cõpellere dictos doctores ad prædicta quibuscũq; iuris remediis,saluis semp cõstitutionibus doctorũ loquẽtibus de prædictis.Itẽ ꝙ potestas prædictus seu eius vicarius quãdo fuerit adhi bitus possit & teneatur ad requisitionẽ dictorũ scolariũ vel alterius eorũ sentẽtias p eos vel eorũ alterũ latas,vel ferendas secundũ formã statutorũ vniuersitatis scolariũ super quæstionibus vertẽtibus inter ipsos scolares adinuicem vel inter ipsos & eorũ scolarium seu vniuersitatum familiares seu officiales adinuicem vel inter ipsos familiares seu officiales ad inuicem executioni mandare & madari facere quibuscunque remediis opportunis simpliciter & de plano sine strepitu & figura iuditij ad vtilitatem vniuersitatis prædictę si pro latę fuerint vel ad vtilitatem partium,pro quibus latę fuissent. ¶ Item ꝙ potestas prædictus ad requisitionem dictorum rectorum vniuersitatis vel alicuius eorum teneatur & debeat rixas brigas & discordias quę occurrerent inter scolares vniuersitatis ꝓdictę,seu doctores ciues vel forẽses ex vna parte vel inter ipsos scolares seu vniuersitatẽ prædictam

dictam ex altera,tollere,sedare & ad cõcordiã reducere oĩbus remediis opportunis,qbus inspecta qualitate negocii & conditione personarum uidebitur expedire. ¶ Item ꝙ nullus fœnerator, vel aliquis cuiuscunq; sexus audeat,vel præsumat aliquo alienationis vel pignorationis titulo accipere,vel retinere aliquos quaternos vel quinternos,seu sexternos aut folia,vel peciam seu pecias alicuius libri seu librorum, seu operis completi, vel non completi cuiuslibet facultatis nisi a rectoribus,scolaribus,vel stationariis librorum,vel ab aliis officialibus generalibus,vel specialibus vniuersitati subiectis,& iuratis illius facultatis seu ab his ad quos pertinerent. Et qui contrafecerit rem acceptam restituere teneatur,& ei ad quem pertineret sine aliquo pretio,siue alio dato, & nihilominus puniatur pro quolibet vice in vigintiquinque lib.bonon.& plus,arbitrio potestatis.Et quilibet possit accusare, seu notificare contrafacientes,& etiam sine accusatione, vel notificatione,seu inquisitione possit potestas & quilibet de suis iudicibus etiam ciuilibus deputatis,cognoscere,procedere,terminare, & executioni mãdare simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii,& quibuscũq; remedis oportunis,& in prædictis etiam præsumptiones pro legitimis probationibus habeãtur,& hoc potestas teneatur prẽconizari facere per ciuitatẽ,si & quoties pro tẽpore alicuius ex rectoribus vniuersitatis scolariũ fuerit requisitus. ¶ Subiungentes,ne doctorum,vel magistrorum legentim & scolarium studentium, ministeriũ impediatur in scolis vel aliis locis vbi congregantur,mandamus ꝙ aliquis ciuis cuiusuis conditionis non audeat, uel presumat,aut sibi liceat habere vel tenere in aliqua domo propria, vel conducta fabricam ferri, vel martelli impedientem auditum in scolis uel cogregãtes prope aliquas scolas in quibus legatur,vel domum,vbi aliqua vniuersitas scolarium congregaretur prope ipsas domos,vel scolas per perticas duodecim.

¶ De priuilegio scolarium patientum furta seu iniurias vel rapinas. Rubrica.

ORdinamus ꝙ si aliqui scolares de aliqua vniuersitate scolarium studii bonon.forenses patientur in posterum furtum, vel rapinam seu robariam seu spoliationem, aut in rebus vel personis iniuriam aliquam in ciuitate bon. & hoc constiterit,ꝙ credatur dicto seu denunciationi scolaris de quo dicere uoluerit fecisse sibi furtum vel rapinam seu robariam vel spoliationem,aut iniuriam vel præmissorum conscium,vel receptatorem fuisse prestito super hoc sacramento a scolare denunciante ꝙ calumniandi animo non denunciet,& etiam a rectore,de vniuersitate cuius scolaris denuncians fuerit,& consiliario suæ nationis præstito sacramento ꝙ eum credunt bone famæ & conditionis esse, & eum iuste denunciare non causa alicuius calumniæ. Et quod prædicta denunciatione facta a scolari iurante, & etiam præstito sacramento a rectore & consiliario secundum formam prædictã habeat uim plene probationis, & per omnia habeatur. Et super prædictis procedere debeat potestas præsens qui pro tẽpore fuerit.acsi legitime fuerit & sufficienter probatum.præcedente aliquo adminiculo ydoneo.de quo adminiculo,an sit ydoneum stetur declarationi domini potestatis contra quoscunque denuntiatos a scolare prædicto,& habeat locum etiam in his quæ comiterentur de prædictis contra scolares in comitatu uel districtu bonon. ¶ Irem dicimus quod forenses doctores legentes boon. gaudeant in prædictis eodem priuilegio beneficio & libertatibus quibus gaudent scolares.

¶ De bannitis pro offensa alicuius scolaris de banno non extrahendis. Rubrica.

ORdinamusquod nullus qui bãnitus est uel fuerit deinceps.uel in figura banni conscriptus occasione alicuius uulneris homicidii commissi seu quod commissum diceretur in aliquẽ scolarem qui sit uel fuerit tẽpore homicidij de uniuersitate scolarium, possit modo aliquo eximi uel cancellari de banno uel figura prædictis sine uoluntate offensi uel eius heredum & nisi pacem & cõcordiam habuerit ab offenso uel heredibus offensi & sine uoluntate uniuersitatis scolarium tam citramontanorum quia ultrmontanorum occasione nullitatis uel alia qualibet causa.& si contrafieret ipsa cancellatio non ualeat.nec teneat ipso iure.

¶ De pretio dando his qui reperirent assassinum uel alium hominem qui uulnerarunt scolarem aliquem. Rubrica.

STatuimusquod si aliquis bannitus de ciuitate bonon. in personam uel rebus,habens pacem de banno in quoesset tunc quando ista faceret,uel postea,infra duos menses a die homicidii in personam banni ti cõmisi uel præsentationis ut infra,aliquem alium exbannitum,& condemnatum ad mortem pro aliquo maleficio in ciuitate bono.uel in ipsius guardia comitatu uel sibi per dominum potestatem capitaneum uel alium officialem communis bonon.qui hoc possit occidat in comitatu uel districtu bonon. tunc talis de tali banno debeat cancellari, nisi forsan talis occidens foret bannitus pro prodictione,uel rebellione ciuitatis uel communis bonon, quo casu fiat ipsi occidenti remuneratio de pecunia communis Bonon,ad arbitrium dominorũ ancianorum,cum consilio & consensu suorum collegiorum qui pro tempore erunt. ¶ Item fiat de præsentante seu ponente quemcunque talem ex bannitum in fortiam communis bonon. & quicunque ceperit aliquem qui percusserit & uulnerauerit aliquem ex rectoribus uniuersitatis scolarium,uel aliquem scolerem qui sit sub rect.habeat & recipere debeat de hauere communis

bonon.

bonon.id totum quod placuerit dominis ancianis & eorum collegiis.

¶De procurantium ꝙ priuilegia tollantur scolari. Rubrica.

STatuimus ꝙ quicunque arengauerit,uel procurauerit aperte ꝙ priuilegia concessa, uel cõcedenda uniuersitati scolarium, uel alicui ipsorum tollantur uel reuocentur, uel in aliquo infringantur condemnetur per potestatem bonon.in uigintiquinq; libris bonon. pro qualibet uice infra quatuor dies postquam fuerit liquidum domino potestati,etiam si non sequatur effectus.Si uero hoc sequatur arbitrio domini potestatis realiter & personaliter puniatur.

¶De condemnationibus prohibitis domorum quæ sunt iuxta doctores vel scolares Rubrica.

ITem prohibemus ne aliqui magistri uel reperitores uel scolares decem habentes, uel ab inde supra scientiam grammaticalem docentes,logici,fabri,uel faciẽtes ministerium uegetum, seu aliorum uasorum lignaminis a uino tenentes pistrinum, uel masinellas seu pistrinationes ad oleum uel aliquid aliud exercentes ministerium, propter quorum exercitium impediri uideatur studium doctorum,aduocatorum,iurisperitorum.uel tam iuris canonici quam ciuilis, seu doctorum uel scolarium medicinæ, audeant uel præsumant illud fabricare seu exercere iuxta scolas decretalistarum uel legistarum seu medicorum uel domum suæ habitationis alicuius prædictorum per duodecim perticas ad minus sub pena decem librarum bon. pro quolibet & qualibet uice,qua fuerit contrafactum postquam fuerit eidem denuntiatum per eum cui necesse uideatur.¶Et idem intelligatur de quibuscumque conducentibus seu tenentibus hospicium seu albergum.per cuius exercitium impediatur seu impediri posset uerisimiliter studium uel exercitium studii alicuius doctoris uel alicuius alterius ut supra. nisi prædicti prohibiti præuenirent supradictos doctores alios.supra nominatos inhabitando.¶Quo casu prædicta propter multitudinem scolarium in diuersis partibus ciuitatis habitantium non uendicent sibi locum. Volumus eriam quod apud scolas alicuius doctoris non ster nec esse debeat aliquod sedile.unde scolares fetorem sentiant uel sentire possint.

¶Da generali confirmatione priuilegiorum uniuersitatis scolarium ipsarum uniuersitatum.Rubrica.

VOlentes scolaribus forensibus studii ciuitatis bonon.cuiuslibet facultatis & eorum uniuersitatis complacere , & ipsorum iura manu tenere decreuimus quod omnia & singula priuilegia beneficia competentia scolaribus studii ciuitatis bon. etiam uniuersitatibus,& etiam rect.uniuersitatis scolariũ prædictorũ & eorũ doctoribus,famulis,stationariis,notariis,& bidellis per comune bonon.uel habentes causam ab ipso comuni,& omnia & singula statuta reformationes.ordinamenta & prouisiones commnis bon. loqentes uel loquentia generaliter uel spicialiter de prædictis uel iu honorem seu in fauorem ipsorum, sint & esse intelligantur innouata & confirmata.& ab omnibus debeant inuiolabiliter obseruari & eis salua & firma sint.& per omnes officiales communis bonon. obseruentur. & executioni demandentur sub pena contrauenienti uel non obseruanti centum librarum bonon.pro quolibet & qualibet uice quam ipso iure & facto incidant & incurrant. Saluis semper specialibus additionibus detractionibus. seu declarationibus per nos factis eiisdem.& saluo semper statuto modo posito sub rubrica de conseruatione studii in ciuitate Bononiæ.

¶De priuilegiis uniuersitati scolarium legistarum de nouo concesis Rubrica.

IN Christi nomine Amen . ¶Infrascripta sunt capitula & priuilegia vtrique vuiuersitati concessa nouiter a dominis ancianis,& vexilliferis & massariis artium ciuitatis bonon.Anno domini milesimo quadringentesimo vndecimo de mense nouembris prẽsidentibus nostrę vniuersitatis Rectoribus domino Ioanne de Arlengo Rectore dominorum vltramontanorum, & domino Iacobo Medea de pedemontium rectore dominorũ Citramontanorum. Quę capitula siue priuilegia hic scribi fecimus ad perpetuam rei memoriam ne tradi possint obliuioni tempore aliquo in futurum.Quę omnia habere volumus vim statutorum perpetuo vires habentium.

¶Quorum capitulorum originale est apud arcam nostrę uniuersitatis depositum. Quod omnia statuta facta & fienda, & priuilegia omnia concessa & concedenda inuiolabiliter obseruabũtur nobis,sine alia diminutione a dictis dominis ancianis præsentibus & futuris.¶Item ꝙ dominus gubernator præsens & futurus, siue eorum officiales de iure,uel de facto, uel quouis modo se non impedient in causis scolarium tam criminalibus quam ciuilibus sub pœna priuationis officii quam ipso facto incurrant si contrauenerint,dum tamen capituli huius eis fiat debita nũciatio in principio officii ipsorum.¶Item ꝙ scolares electi ad lecturas secundum formam statutorum vniuersitatis iuristarum studii bonon.qui infra semestre tempus a suæ lecturę tempore incohandum,olim tenebantur assumere priuatam & publicam licentiam de cætero non teneantur ad recipiendum saltim priuatam nisi infra annum suæ lecturę,non obstante statuto in contrarium dictante,cæteris in dicto statuto contentis firmis manentibus. ¶Item ꝙ præfati domini antiani,& cętera regimina impetrabunt a summo pontifice suis sumptibus,priuilegia siue bullas , ꝙ omnes studentes bonon. tam in canonico qutm in ciuili iure possint percipere fructus

ctus seu reditus beneficiorum suorum.Et ꝙ clerici beneficiati possint intrare ad ius ciuile sicut hactenus extitit consuetum.

¶Item ꝙ præfati scolares utriusque vniuersitatis libere & tute & sine solutione pedagii,vel gabellæ, & sine arrestatione aliqua possint recedere de ciuitate bonon.& eius comitatu & dominio quo placuerit quacunque de causa cum suis omnibus libris etiam in ciuitate bonon.& eius comitatu & dominio quo placuerit, quacunque de causa cum suis omnibus libris etiam in ciuitate bon.dumtaxat pro suo,usu emptis & descriptis in gabella,& cum omnibus suis rebus quibuscunque.

¶Alia priuilegia noua nouiter concessa vniuersitati scolarium legistarum.

PRimo ꝙ confirmentur sex lecturæ vniuersitati de quibus fit mentio in statutis vniuersitatis, & pro salario centum lib.bon. pro qualibet vice non obstantibus statutis seu prouisionibus in contrarium facientibus.

¶Item ꝙ priuilegium concessum vniuersitati pro rebus usualibus scolarium pro eorum & suæ familiæ victu & uestitu debeat effectualiter obseruari. Et pro talibus nullam gabellam soluere teneantur,nisi pro ut in eorum statutis contineatur,& hęc publice describi debeant ante portam gabellę,& in loco publico.

¶Item ꝙ vniuersitati debeant uocari rectores per reformatores studii & cum eis sint in eligendis doctoribus forensibus ut ydoneor electio fieri possit,non tamen de salariis,uel eorum taxatione ipsi rectores se habeant intromittere.

¶Item pro obseruantia statuti seu priuilegii uniuersitatis Vicarius potestatis , uel sindicus maior qui primo ex eis aditus fuerit cohercere possit quemlibet non obseruantẽ & teneatur sub pęna centum lib.bonon.applicanda communis bonon.cameræ.De quo tempore sindicatus debeat contra eos inquiri & procedi ad requisitionem cuiuslibet scolarium qui dictum officialem alias super hoc requisiuisset.

¶Item ꝙ bidelli uniuersitatis non possint ad aliquod onus extraordinatum astringi.

¶Item ꝙ ubi tractatur de mittendo pro ambassiatore aliquem doctorem legentem petant eum a rectoribus,qui illum debeant gratiose concedere secundum necessitatem & deliberationem Regiminum.

¶Item ꝙ collegium gregorianum conseruari debeat ad usum scolarium deputatum , nec ad aliũ usum cõuerti uel deputari possit cum speretur de integratione ipsius per futurum pontificem,& res boni exempli sit talia loca, secundum mentem disponentium conseruari.

¶Item ꝙ statuta omnia uniuersitatis alias approbata prout apparet ex generali confirmatione de qua in fine dictorum statutorum fit mẽtio,sint & esse intelligantur de nouo approbata & confirmata,ita ꝙ de eorum ualiditate nil de cætero possit in dubium refricari,sed potius debeant inuiolabiliter obseruari

¶Item ꝙ rectores prẽsentes,& qui pro tempore erunt,possint requirere unum ex doctoribus de numero consilii generalis,ut,supra post a generali aliquid proponat, quod tamen concernat facta studii & illius conseruationem & priuilegiorum eiusdem & non aliud.

¶Confirmata & approbata fuerunt capitula dicta per famosissimum utriusq; iuris Doctorem dominum Florianum de sancto Petro & Guilielmum de Faba ambos bonon.ciues,de numero officialium deputatorum super reformatione, & compillatione statutorum populi , & communis bonon.uigore potestatis eisdem tributę per alios ipsorum socios in officio prędicto prout constat plenius publico instrumento rogato per S.Ioannem de Manzolino &.S. Baptistam de Testis,ciues & notarios bonon.notorios officio reformationum,& dominorum ancianorum & dictorum officialium,& hoc de uoluntate etiam , & deliberatione Magnificorum dominorum ancianorum dicti populi & communis bonon. Sub anno natiuitatis Domini Milesimo quadringentesimo decimoseptimo , die uigesimoprimo mensis Februarii Decima indictione.

REperitur in quodam libro qui appellatur liber bullarum apostolicarum concessarum per sanctissimum in Christo patrem & dominum dominum Martinum diuina prouidentia Papam quintum.comuni & populo bonon. concessa super Regimine & admistratione ciuitatis comitatus & districtus bonon. & super multis aliis in dictis bullis contentis sub Datis anno & diebus & mensis istis & prout in fine cuiuslibet earum continetur.Qui liber est in camera Actorum communis bonon. inter alia ista bulla istius tenoris & continentiæ. De anno. 1419.

MARtinus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum uberes fructus quos per quotidianam sollicitudinem & laborem scolariorum sacris studiis dedito rum,producit assidue scientiæ margarita,internæ considerationis indagine perscrutamur dignum censemus & congruum ut illa eis fauorabiliter concedamus.quæ suis commoditatibus fore conspicimus opportuna.Hinc est quod nos dilectorum filiorum rectoris & uniuersitatis studii bonon. necnon ancianorum consulũ etiam communisbonon. pro eis humiliter Supplicanti um precibus inclinati,eisdem rectori & scolaribus dicti studii præsentibus & futuris in iure canonico

nonico uel ciuili aut artium liberalium uel medicinæ facultatibus & qui in studio & ciuitate prefatis iura & facultates huiusmodi aduituri personaliter resederint in his uere studuerint Au ctoritate apostolica tenore presentium indulgemus ut in dicta ciuitate residendo & in ipso studio insistendo fructus redditus & prouentus quorumcunque beneficiorum suorum ecclesiasti eorum etiam si canonicatus & præbende ac dignitates personatus uel officia in Metropolitanis uel Cethedralibus:

¶Esar de Naeciis episcopus Amelien. bonon.&c. locumtenens. Volentes prouidere utilitati & quomodo dominorum rectorum uniuersitatum Vltramontanorũ & Citramontanorũ medicorum & artistarum almi studii ciuitatis bonon. &c. Vltra alia eorum priuilegia de consensu & uoluntate magnificorum dominorũ sexdecim Reformatorum status libertatis ciuitatis bonon.ipsos & quẽlibet eorum deinceps & in perpetuũ immunes et exẽptos facimus a Datio molendinorum communis bonon. pro quatuor bucchis pro quolibet dominorum rectorũ prædictorũ,mandantes conductoribus datii prædicti et cæteris ad quos quomodocunque in futurum pro tempore spectauerit. Quatenus exemptionem ipsam perpetuo obseruare debeant omni exceptione remota & quacunque contadictione cessante. Non obstantibus quibuscunque in contrarium quomodolibet disponentibus, quibus de consensu & uoluntate præfatorum magnificorum dominorum Sexdecim motu proprio et ex certa scientia. quo ad predicta tantũ specialiter & expresse derogamus & derogatum esse uolumus atque mandamus. Datum Bononiæ. in palatio residentię nostræ absq; & sine alicuius Sigilli impressione die uigesimo mensis decembris. M.cccxcviii.

¶Bartholomeus Gisilardus Cancellarius.

¶Rubrica Quando debeant rectores eligi & per quem.

CAssamus paragraphum finalem qui incipit Ne aũt statutum, Statuti positi super hac Rubr.

¶De quibus nationibus sint eligendi rectores.

CAssamus & irritamus illud statutum positum sub hac rubrica & uniuersaliter omnia uerba alicuius statuti facientis mentionem quæ electio debeat fieri per nationes.

¶De modo & forma electionis noui rectoris Rubrica.

HAnc rubricam uolumus esse & inseri loco rubricę qualiter fieri debeat electio.&c. Item in statuto sub illa rubrica posito,cassamus & annullamus principium usque ad illa verba. Sedeat unus sacerdos &c.& loco illius principii annullati apponatur infrascriptum. Et illud statutum sic inchoabitur,videlicet.

QVia omnis subditorũ salus ab ipsorum rectore & duce dependet,ac secundum caput, uniuersa membra quodammodo regulantur recipiuntq; augumentum, ex quibus quilibet pro uiribus suis debet plurimum euigilare ut talis in rectorẽ & ducẽ eligatur,qui moribus, diuitiis, grauitate, cæterisq; virtutibus alios antecellat,ex cuius gubernatu & imperio singula nostræ uniuersitatis fienda recte & cum salute procedãt.¶Idcirco huiusmodi desiderio excitati duximus optime prouidendum in electione rectorum utriusq; uniuersitatis, & in primis abolita omni alia forma,Sancimus q̃ facta congregatione scolarium in loco consueto sancti Dominici, uel alio loco arbitrio rectorum & consiliariorum seu eorum maioris partis eligantur per fabas albas & nigras per uniuersitatẽ tres de toto corpore uniuersitatis citramontanæ si illa indigeat rectore,aut si ultramontana indigeat rectore eligantur tres de corpore uniuersitatis ultramontane, digni & cum conditionibus pro officio rectoratus consentaneis,qui tres postea uocabuntur ad electionẽ consiliariorum infra notatam. Vbi igitur consiliarii & adiuncti congregati fuerint Sedeat unus sacerdos etc.& ulterius procedat in statuto,usq;.§.Sed si post electionem,in quo cassamus illa verba,vel nationis quæ tunc habere debet rectorem,vel non esse clericum.

¶De excusatione electi per quem etc.

¶In statuto posito sub hac rubrica, Cassamus et annullamus paragraphum. Vt autem super, usq; ad.§.Volumus. ¶De immunitate rectorum.Rubrica.

¶Cassamus et annullamus statutum positum sub hac rubrica.et loco illius ponimus infrascriptum,videlicet.

COngruum arbitrantes q̃ rectores,qui diutinas curas & grauia onera pro communi utilitate doctorum & scolarium utriusque uniuersitatis supportauerint, ab eisdẽ dignentur,honore & beneficiis quibusdam releuentur eo, maxime,ut ita repremiatis ducibus scolarium, uniuersitas nostra uiris dignissimis ad rectoratus officium assumendis carere nequeat. Ea propter statuimus & ordinamus q̃ si aliquis ex præfatis rectoribus eius officio rectoratus durãte uel finito optauerit,priuatam siue publicam licentiam,aut in utroque iure gradum doctoratus assumere non obligetur nec aliquo modo debeat aliquid dare,vel soluere uniuersitati, bidellis generalibus siue specialibus,doctoribus præsentantibus,archidiacono doctoribus collegii,sed sit liber ab omnibus sumptibus & grauaminibus quicunq; fuerint,& qui n prædictis actibus fieri cõsueuerunt,non obstante aliquo statuto doctorum collegii,vel quorũcunque aliorum in contra-

rium

rium disponente,& quilibet petens,vel recipiens aliquid ab eo causa mercedis, vel obligationis sit priuatus omni commodo & honore uniuersitatis nostræ,ac etiam incurrat pœnam librarum decem bon. Quam imminitatem locum habere volumus durante eius officio,nisi prius iurauerit,& ydonee cauerit consiliariis sui rectoratus officium usque ad finem anni per se laudabiliter consumare.¶Item rectores finito eorum officio habeant exemptionem perpetuam per quam nõ solum a sacramentis, sint immunes. Sed etiam nec statutis aliquibus sint astricti, nec specialibus mandatis nisi de eis in aliquo statuto fiat specialis mentio & expressa,& hanc nostram præhemi nentiam habeant siue finito eorum officio vt scolares in studio remorati fuerint, siue vt doctores se habuerint. Et nullus rector siue vicerector gaudere possit priuilegiis rectoribus concessis nisi per sex menses continuos personaliter rectoribus officium exercuerit. ¶Item quod nullus rector priuari possit ab officio rectoratus, nec aliquis qui fuerit rector priuari possit de uniuersitate. Quinimmo antiquus rector semper stare possit in uniuersitate congregata & sedere penes rectorem qui pro tempore fuerit,& dare uocem in illa, ut quilibet scolaris de sua natione etiam si ipse esset tactus doctor actu legens. & pro quacunque iniuria uerbo, re uel, facto in eum illata Inferens incurtat in illam penam in quã incurreret si intulisset illam iniuriã rectori continue exercenti officium. ¶Rector autem qui pro tempore fuerit teneatur pro rectoribus qui laudabiliter functi fuerit suo officio seruari facere statuta in fauorem ipsorum condita sub pena præsti ti iuramenti quinquaginta librarum bonon. in suo sindicatu auferendarum. Quicunque autem temptauerit rectorem tempore suæ administrationis priuare ex suo officio uel illum qui fuerit rector priuare de uniuersitate uel priuilegia ipsorum infringere uel iritare siue non obseruare incurrat de facto penam centum librarum bonon. & priuationis perpetuæ nostræ uniuersitatis ¶Item quicunque fuerit rector uel uicerector saltem per sex menses continuos non possit modo aliquo finito eius officio eligi ad aliquod aliud officium in uniuersitate nostra, & si aliquo casu eligeretur,non ualeat electio ipso iure, & nihilominus si ipse quamprimum sciuerit se electum non renuntiauerit officio ad quod assumptus fuerit penã incurrat periurii.&.xxv.libbon. ¶Item rectores & uicerector ipso officio actu fungentes præcedant episcopos prothonotario in quibuscunque commitiuis,excepto semper episcopo bonon. ¶Item præfati rectores sint in excellentiori loco roturi, atiam habeant unam lecturam centum lib.ut hactenus habere consueuerunt, & uicerectores pro tempore sui officii habeant ratam prædicte lecturæ. ¶Item pro honore uniuersitatis quilibet rectorum uel qui pro tempore fuerit uicerector recipiat a quocunque qui promouetur ad gradum doctoratus in altera facultatum libram unam bonon. argenteam.¶Item præfati rectores uel uicerectores eligere teneantur super eorum conscientias unum pauperẽ scolarẽ q̃ gratis fuerit doctorãdus a doctoribus collegii,cui paupi si p̃dicti doctores post. xv.dies a tẽpore notificationis eiusdẽ p̃ rectores factæ nõ dederint insignia reccipiat gradũ eo modo ut in breue nostri summi pontificis continetur q̃ incipit Dilecti filii &c.infrapositi. ¶Itẽ volumus quod eorũ priuilegia emanata a summis Pon.& quę emanabũt in futurum inserta sint.inserantur in fine nostri voluminis statutorũ.¶Itẽ & oia statuta cõis bon. faciẽtia in fauorẽ ipsorũ. ut memoria ipsorũ priuilegiorũ semper duratura sit. ¶De pena iniurantium rectori. Rubrica.

VT Rectores audacter officium rectoratus exerceant,& etiam ne delicta remaneant impunita. Condecensq; sit ratione sui officii rectorẽ per scolares quorum caput euaserit,protegi & defendi. Ideo statuendo ordinamus,q̃ si quis dixerit conuitiũ aut uerba iniuriosa de Rectore siue uicerectore qui pro tẽpore fuerit aut alia iniuria uerbo rei,uel facto quemuis ipsorum affecerit. Si quidem prædicta fuerint in statione generalium bidellorum aut in scolis seu cõgregatione uniuersitatis,seu ad domũ in domo,uel ante faciẽ domus habitationis ipsius, aut in alio luco publico pœnam incidat.xxv. lib. bon. Si vero fecerit insultum cũ aliquo genere armorũ,uel dixerit verba contumelioſa & exemerit arma vel posuerit manũ super armis cõtra ipsum dominum rectorem, aut uicerectorem quocũq; loco fuerit pœnam quinquaginta librarũ incurrat. Si vero ipsum dominum rectorem vel uicerectorem percusserit cum armis & sanguinis effusione citra mortem,vel mortale vulnus pœnam manus & centum lib.bonon.incurrat. Pro percusſione aũt sine sanguine,siue cũ pugno siue cũ baculo,uel armis,vel lapidibus dũmodo non sit equiualẽs,vel superans percussionẽ quę fieri poterit cũ sanguine pœnã manus,& xxx.libr. bon. incurrat,& si quis diffamauerit vel infamauerit dominũ rectorẽ,uel uicerectorẽ pœnã quinquaginta lib.incurrat,& finito rectoris officio si prędictorũ aliquod fore cõmissum, deuenerit ad notitiã sindici generalis aut notarii nostri aut bidellorũ vniuersitatis. Tunc ipsi sub pœnis in statutis cõtentis teneãtur prædicta denunciare & prosequi iuxta posse. Hoc tamen q̃ si contra rectorẽ prędictum, aut uicerectorem durante sui officio contigerit aliquid de prædictis aut aliud quodlibet delictum commiti in eorum persona,vel rebus,vniuersitas & scolares dictę vniuersitatis teneantur suis expensis eis auxiliari illosq; defendere & tutari ac ipsorum iniuriam & offensam suscipere,puniri curare,& usq; ad finem prosequi & prædictum rectorem,vel vicerectorem indemnes conseruare nisi illorũ culpa prædicta contigissent. ¶De iurisdictione rectorum. Rubrica.

IN statuto posito in hac rub.in.§. Nec possit scolaris uel priuilegio &cet. post verba, & pro-

cedat ipso iure. Adiungimus hoc uidelicet etiam si iudicium temptaret uel citationem faceret speciale alicuius superioris licentia uel rescripto aut alio quouis modo ueniret contra dispositionem præsentis statuti

¶ Ad quid rectores specialiter teneantur. Rubrica.

IN statuto posito sub hac rubrica Cassamus & anullamus. §. Item teneantur eisdem consiliariis usque ad uerbum exclusiue & si illa die &c.

¶ Quid fiendum fuerit si contigerit rectorem malignare. Rubrica.

CONsueuerunt maiores nostri officialibus aliisque uiris dignitatibus præditis, terrorem legibus imponere ne præcipites & inconsulti diruerent ad inhonesta. Quorum laudatissimos mores nos etiam imitando Sancimus quod si contigeret rectorem malignari præsentem uel alium qui pro tempore fuerit malignari (quod deus auertat) aut maliciose dolose seu fraudulenter se habere in factis negociis uel rebus uniuersitatis, aut circa facta negocia res siue iura dictæ uniuersitatis & hoc expositum fuerit per aliquem de uniuersitate alteri rectori uel sindico generali uel palam sit malignitas ipsius, teneatur alter rector uel si ambo elaborauerint eodē morbo, sindicus generalis, uel unus ex consiliariis infra tertiam diem congregari facere consiliarios nostræ uniuersitatis ad stationem generalium bidellorum uel alio loco ydoneo & honesto pro condecenti hora, & illis congregatis prēponere uitium, supradictum. ¶ Et si duabus ipsorum consiliariorum uisum fuerit rectorem malignari aut se perperam habere & dolose in factis aut rebus uel iuribus uniuersitati, teneatur alter rectorum, uel sindicus uel unus ex consiliariis infra octo dies conuocari facere uniuersitatem in loco consueto per alterum ex bidellis generalibus qui obedire teneatur cuilibet prænominatorum sub pena centum librarum & priuationis officii, & in ipsa uniuersitate congregata alter ræctor sindicus uel consiliarius ad cuius instantiam congregata fuerit uniuersitas, prædictum morbum prēponere debeat absente semper rectore uel rectoribus malignantibus, & super eo partitus per fabas albas & nigras fiat secundum q̄ per maiorem partem ordinatum prouisum, seu determinatum fuerit, excepto de priuatione officii procedatur & fiat pœna alteri rectori siue sindico, quorum quilibet. si monitus vel protestatus sibi per unum de uniuersitate de prædicto uitio per tres dies ante negligens fuerit in non faciendo congregari uniuersitatem, uel consiliarios pro qualibet uice centum lib. bonon. quę negligentia probata intelligatur si post ipsos tres dies per unum consiliariorum cæteri consiliarii, uel uniuersitas ad hoc specialiter, fuerit congregata. ¶ Statuimus insuper q̄ præsens & quilibet alter qui fuerit rector teneatur & debeat patienter & beniuole recipere omnes & singulas petitiones contra eum porrigendas que tamen non sint contra formam statutorum nostrorum, & nō contineant manifestam iniquitatem sed solum ea quę uerisimiliter imputari possint sibi uel officio sub pœna ipsi rectori pro qualibet uice quinque lib. Bonon. & in eo casu talis petitio recipi debeat coram altero rectore. Si ipse non erit in culpa uel sindico generali, uel consiliariis siue maiori parte ipsorum, & per ipsum rectorem uel sindicum siue consiliarios super ea uel eis petitionibus procedatur secundum formam nostrorum statutorum. ¶ Omnes autem dantes petitionem calumniosam contra rectorem, uidelicet aliquid malitiose insimulando officio eius, cadat in pœnam quinque librarum bonon.

¶ De iuramento domini potestatis & aliorum quorundam officialium ciuitatis bonon. Rubrica.

CASSAMVS & annullamus statutum positum sub hac rubrica, videlicet de iuramento domini potestatis, & loco illius rubricæ & statuti apponimus infrascriptam & infrascriptum statutum, uidelicet. Cum spiritualia sine temporalibus diu esse non possint, & alterum alterius auxilio indigeat subleuari, saltem aliquali adminiculo interueniente. Ideo præsenti edicto statuimus q̄ quilibet potestas siue capitaneus, qui pro tempore fuerit assumptus ad regimen huius inclyte ciuitatis bonon. in principio sui regiminis vel post, cum per rectorem studii, uel rectores, fuerit requisitus & quandocunque, teneatur sub hac forma eidem præstare iuramentum, q̄ rectoribus dabit auxilium consilium, & fauorem quotiens prædicti rectores, vel alter eorum ab eo petierint in his quæ pertinent ad eorum officium. ¶ Item mandabit sententias rectorum, uel alterius ipsorum executioni, & aliorum quorumcunque officialium uniuersitatis nostræ. Si ab his officialibus cum licentia alterius ex rectoribus fuerit requisitus, Et quod faciet scolari & cuilibet de vniuersitate nostra agenti contra ciuem, vel quemlibet alium iusticiam expeditiuam quantum fieri possit, & in omnibus & singulis suis actibus ordinamentis, & consiliis seruabit iurisdictionem rectorum, quam nec tacite nec expresse usurpabit, ac in nullo contrafaciet statutis factis & fiendis vniuersitatis scolarium scienter. Sed omnia prædicta pro posse manutenere & defendere curabit, & in omni casu paternaliter tractabit. ¶ Item ipse potestas siue Capitaneus dabit quandocunque per rectorem seu per alterum ipsorum fuerit requisitus, suam familiam sumptibus propriis & expensis, rectori vel rectoribus pro eius officio exequendo. ¶ Insuper teneatur Barixellus Comestabilis palatii aut alius quilibet officialis positus

positus in simili officio si fuerint requisiti per rectorem uel rectores iurare simul cum potestate & in eius palatio, siue iurare cum capitaneo quod non contrafacient statutis nostræ uniuersitatis, & durante eorum officio non offendent scolarem uel scolares aut subditos nostræ uniuersitatis in rebus uel in persona in dictis uel factis. ¶ Volumus tamen pro honore studii quod nullus prænominatorum officialium per se aut ad instantiam alicuius superioris audeat aut præsumat capere doctorem siue scolarem, siue taliter facere vt capiatur in platea aut duci facere p̄ plateam ignominiose etiam cum licentia rectoris, uel rectorū uisi inciderit in crimen lesæ maiestatis sub pœna xxx. librarū cuilibet dictorū officialiū contrafacienti imminente, & etiam sub pœna eius quod extimatum fuerit per vniuersitatē propter iniuriā sibi turpiter illatā, & ipsæ pœnę possint perpetuo exigi p̄ rectorē, vel rectores studii, uel habentes mandatū, vel licentiam ab eo, vel eis, siue per sindicū generalē, & nullo modo possint remitti, uel ab vniuersitate, vel ab aliquo superiore. ¶ Talis tamen inferens iniuriā, incōtinenti ad instantiā rectorū, vel rectoris, vel habentiū causam ab eo, vel eis, vel sindici generalis teneatur dare exigibiles fideiussores de soluendo omne id ad quod per statuta nostræ vniuersitatis, ueniet mulctandus seu condēnandus, aut tradatur carceribus, uel alio loco tuto, uel interdicātur eorū stipēdia donec satisfecerit in totum dictæ uniuersitati. ¶ Ipsi etiā officiales, neq; per se, neq; per familiā suam audeant querere in platea sub cappis scolariū si portauerint arma sub pœna decē librarū cuilibet cōtrafacienti incurrente. ¶ Verū etiā pro ampliori fauore studii Sancimus, q̄ si quis doctor, uel scolaris fuerit captus, aut fuerit incarceratus, uel alio loco detentus sine licentia rectoris, vel rectorū ex alia causa quā ex crimine lesæ maiestatis, tunc quāprimū requisitū fuerit dictū scolarē relaxari ab aliquo de corpore uniuersitatis de facto relaxetur tanquā iniuste captus & detētus. Si tamē contingeret q̄ propter aliquod crimen oppositū contra scolarē uel alia iusta causa alter uel ambo rectores alicui officiali dederit licentiā capiēdi scolarē eo casu miles & cæteri de familia officialiū illū ducant curialiter modo honesto & non uituperose, sed nullo modo per plateā, ut dictū est. ¶ Si uero contingeret scolarē capi eo, quia repertus esset cum armis prohibitis uel fortasse ratione alicuius statuti, uel proclamationis aliquid fieri prohibentis inciderit aliquā pœnā pecuniariam, si ipse scolaris captus sufficiens pignus dederit, uel satisdet, militi uel alteri familiari suo siue alteri capienti de præsentando se coram officiali, uel officialibus ad quem, uel ad quos res ipsa pertinebit tunc relaxetur de facto sub pœna capienti, & non relaxanti eius quod ueniret mulctandus ratione inobedientiæ, uel delicti ipse captus, & ultra decem librarum bonon. applicandarum nostrę uniuersitatis. Et nihilominus scolaris captus liberetur a pœna. ¶ Sinautē talis scolaris nequeat fideiubere nec pignus dare tunc uocatis duobus testibus ciuibus, uel tribus forensibus iuret scriptura manibus tacta q̄ infra terminum trium dierum se præsentabit pro sua defensione coram officialibus, quos milites, uel eorum familiares nominabunt, qui si in dicto termino non se præsentauerit, & defensionem suam fecerit eo casu mulctetur per eosdem officiales in duplo eius in quo ueniret cōdemnandus. Non obstantibus statutis nostrę uniuersitatis in contrarium aliquo modo disponentibus. Ac etiam statuimus q̄ notarius nostrę uniuersitatis tempore iuramenti prędicti statutum supra positum in rubrica sub pœna iudicis secularis seriatim legere teneatur.

¶ De absentatione rectorum. Rubrica.

IN principo statuti positi sub hac rubrica Cessamus & annullamus hæc uerba uidelicet de natione discedentis usque ad illa uerba exclusiue qui quidem Rector uel mercatores, &c.

¶ De Sindicis rectorum. &c.

IN fine statuti positi sub hac Rubrica ubi post uerbum uidebitur condemnando addimus hoc uidelicet. Volumus tamen quod duo uel tres de ipsis sindicis possint acceptare omnes accusationes libellos & querelas de ipsis rectoribus factos in termino decem dierum a publicatione facta & ultra usque ad sentētiam, uel sententias exclusiue perseuerare & recipere exceptiones oppositiones & omnia allia quæ in iudicium hincinde duci contigerit. Transacto tamen dicto termino decem dierum nullus de cætero audiatur, quia imputetur sibi si negligens fuerit, hisque semper sit presens notarius nostrę uniuersitatis. & omnia in actis debeat legitime inscribere, & totiens quotiens fuerit requisitus a duobus uel tribus dictorū officialium debeat in locū ubi statuerint administrare iustitiā, interesse sub pena priuationibus officii. Et si petitio uel querela daretur cōtra notariū ipsum, adsit loco eius alter notarius quem elegerint prędicti sindici. Et rector qui ueniet sindicandus cum a duobus uel tribus uel pluribus de sindicis fuerit requisitus aut ab alio eorum nomine, debeat comparere per se aut per legitimum procuratorem ad locum ubi sedeant ipsi pro iure reddendo & sedere ad pedes dictorum sindicorum. uel stare & patienter intelligere querelas. & libellos sub pena triumlibrarum pro qualibet uice contrafecerit eorum mandato, quam possint de facto extorquere ab eo. uel post officium eorum sindicus generalis. nisi per ipsos officiales concorditer fuerit remissa durante officio sindicatus, de qua remissione conster in actis notarii & non alio modo.

 ¶ De numero

¶ De numero consiliariorum, & eorum nationibus. Rubrica.

IN isto statuto quod situatum est sub hac Rubrica post. §. Pisana. addamus hæc uerba. uideli cet. ¶ Sardinia et Cypriana habeant unam uocem et unum consiliarium. ¶ Item cassamus in §. Ianuensis compræhendat illud uerbum Sardiniæ. ¶ Item cassamus in dicto §. Pisana. hæc uerba uidelicet et Sardiniæ quæ est de metropoli pisana.

¶ Item addamus in fine statuti, ꝙ ligonia & prusia habeant unam vocem & vnum consiliarium. Et vbicunque prædictum statutum dictat consiliarios esse. xxxviii. iubemus loco illius. xxxviii. apponi xl. & vbicunque dictat citramontanos esse. xix. pariter & vltramontanos loco illius uerbi. xix. apponi volumus. xx.

¶ De massariis. Rubrica.

IN isto statuto in. §. Volumus ꝙ rector, Addamus in fine hæc verba videlicet. Et si massarius noluerit reddere rationem administratæ massariæ, certo die sibi dato officialibus quibus debet reddere sine excusatione sit priuatus suo officio. Quinimmo volumus ꝙ ad instantiam bidelli generalis totiens eidem reddat rationem, quotiens requisitus fuerit, pariter & teneantur bidelli generales, & nisi in termino a sindico generali sibi statuto reddiderint omnem rationem & calculum administratorum officiorum, præsumitur eos commisisse fraudem aliquam et eo respectu sint priuati de facto eorum officio nec restitui possint ab uniuersitate nisi reddiderint prædictam rationem seu calculum et soluerit quilibet eorum libras decem bonon.

¶ De sindico generali vniuersitatis nostræ Rubrica.

CAssamus statutum sub hac Rubrica. & loco eius iubemus apponi infrascriptum. ¶ Experientia cognouimus in dies, facta seu res nostræ uniuersitatis in peius diuergere. Ideo defensorem eorum accerrimum & pro occurentibus dictæ uniuersitati curiosum duximus reperiendum Volumus igitur quod uniuersitati nostræ præsit unus communis sindicus electus ad fabas albas & nigras per ambos rectores & consiliarios. aut per duas partes ipsorum, siue eorum substitutos. Qui rectores & consiliarii uel eorum substituti prius sint iurati per sancta dei euangelia tacta corporaliter scriptura quod amoto dolo, fraude, prece, precio, amore munere, & omni humana gratia ipsum eligent ydoneum fidelem, & pro bono nostræ uniuersitatis commendandum. Nullus tamen admittatur ad præfatum officium nisi sit scolaris nostræ uniuersitatis & studuerit ad minus per annos quatuor. habeatque linguam expeditam & sit etatis maior & nullo modo sit presbyter qui celebrauerit missam, quia tales cultu dei satis aggrauantur. ¶ Dictus autem sindicus lites & causas uniuersitatis, & singulorum scolarium, quas uniuesitas sumeret promouendas in commune bononiæ & in singulos communis ipsius officiales, aut in quemlibet alium de, populo fideliter prosequetur cum fuerit expediens, & si oporteret constituat vnum vel plures procuratores ad causam vel causas, & quæ requirunt speciale mandatum, habeatq; potestatem reuocãdi eos & omnia alia facere, quæ iudicia requirunt de sui natura & si se absentaret surroget alium ydoneum & promptũ ad eius officium cum licentia amborum rectorum. ¶ Itẽ habeat potestatẽ accusandi, & denunciandi qodlibet delictum vel culpã cõmissam rectoribus secundũ formã statutorũ nostrorũ, & si delinquentẽ contra formã iuris absoluerint, teneantur soluere in sindicatu omne id, in quo ipse delinquẽs veniret condẽnandus & nihilominus propter iniustitiã administratã incidant in pœnã decẽ lib. bon ¶ Item teneatur & debeat informare sindicos qui pro tẽpore ad sindicandũ officiales vniuersitatis fuerint assumpti de singulis ad ipsos officiales seu ipsorum alterum cõmissis iniuste, & contra statuta nostræ vniuersitatis ipsosq; sindicos, & alios officiales excitare & hortari, vt ea quæ ad officiũ sui pertinent, tẽpore illis dato a statutis expediant, & finito eorũ officio, si non se gesserint in eodẽ officio, vt requiruntstatuta nostra, extorqueat ab eis pœnã in quã per ipsa statuta incurrerint. ¶ Itẽ pro rebus, vel factis uniuersitatis rector, uel rectores teneantur sibi dare duos, tres, uel plures scolares secundũ exigentiã facti qui debeant associare ipsum ad Reueren. dominum legatum, ad Vexilliferum iustitiæ, ad dominos ancianos, aut ubicunque opportunum fuerit exponere aliquid nomine dictæ uniuersitatis. ¶ Item semel bis et pluries si opus fuerit, Rectores congregare debeant ad illius instantiã uniuersitatẽ, et consiliarios, inter quos ipse sindicus possit præponere bonũ et utile uniuersitatis et super eo petere consiliũ. Quinimmo in omni alia congregatione uniuersitatis possit adesse, et ibi arengare et præponere quicquid uisum sibi fuerit esse in utilitate et honore uniuersitatis, nõ obstãte alio quocũq; statuto aliter disponẽte, et quia parũ posset per se ipse sindicus, ni si succurreretur potẽtioris auxilio, uolumus ꝙ exigat oẽs pœnas quæ pertinent uniuersitati nostræ et in his exigẽdis et pro cæteris quæ sunt eius officii adimplẽdis Potestas Bonon. siue capitaneus teneatur et debeat ei prestare partẽ suæ familiæ aut totã prout res ipsa indigebit et eidem fauere in omnibus licitis et honestis. ¶ Item sindicus ipse habeat libertatem pignorare quencunque incidentem in aliquam pœnam in statutis nostris comprehẽsam uel alio quocunq; modo

uigore

vigore ipsorum statutorum, dũmodo reus sit prius citatus admonitus vel requisitus ter in diuersis diebus vt veniat ad defensionem sui coram Rectore suo vel ad soluendam pœnam in quam inciderit. ¶ Item si obtenta licentia a Rectoribus, bis præceperit bidello vel bidellis generalibus vt debeant legere per scolas statuta, ad quæ specialiter sunt astricti per dispositionem præsentium statutorum, possit pro qualibet vice qua contrafecerint ipsos mulctare in solid. viginti bonon. ¶ Item sit ipse sindicus exemptus â iurisditione Rectorum sitq; sub iurisditione vniuersitatis. Ita quod Rector vel Rectores nullatenus se intromittant, aut impediant de eo aut de eius officio nisi specialiter fuerit facta mentio in aliquo statuto sub pœna decem librarum bonon.

Et nihilominus quicquid factum fuerit per Rectores contra ipsum sindicum sit ipso iure nullum. ¶ Pro suo vero salario habeat duodecim lib. bon. Vnam medietatem de mense septembris, & reliquam de mense Ianuarij. Et si se gesserit bene & legaliter & in aliquo non commiserit negligentiam, Rectores cum consiliariis vel si maiori parti eorum placuerit, poterit quolibet anno propter optimam administrationem sui officij donare eidem de pecunijs vnum biretum valoris solidorum. xlv. de illo colore quo ipse sindicus petierit. ¶ Item præfatus sindicus habeat tertiam partem omnium pecuniarum pœnarum quæ per ipsum exactæ fuerint, non obstante aliquo statuto disponente de dictis pœnis alio certo modo vel faciente aliam specialem distributionem, sed semper retenta parte dicti sindici, residuum recipiat diuisionem secundum formam statuti disponẽtis aliter. ¶ Item dictus sindicus habeat librum exemptum expensis vniuesitatis, quem debeat regere & gubernare cum vachetta in quo sint omnes rationes vniuersitatis & calculi, & notarius vniuersitatis & massarius debeat omnes introitus & expensas dictę vniuersitatis ipsi sindico consignare & quotienscunq; illos vel illas petierit sibi ostendere, quem librum teneatur præfatus sindicus in præsentia amborum Rectorum, vnius doctoris ciuitatis & notarij, successori suo dare & commendare, & illum amicabiliter instruere de rebus ipsius vniuersitatis quoad fieri poterit.

¶ Priuilegiamus præfatum sindicum ꝙ semper in vniuersitate congregata debeat sedere à latere dextro Rectoris & sit adiunctus cum doctoribus vltimis in exequiis mortuorum & aliis quibuscunque comitiuis scolasticis intus sit maiori dignitate, quia secundum illam volumus habere locum prestantiorem sibi correspondentem. ¶ Item possit per se vel per famulum si illum habuerit, portare arma honesta in congregatione scolarium & vbiq; sibi placuerit nõ obstante aliquo statuto in contrarium disponente. ¶ Item ꝙ omnis iniuria in ipsum, præsumptiue sit ac si illata fuisset alicui de ipsis Rectoribus & eiusdem extimationis vniuersitati pariter impũtanda. ¶ Et officium sindici duret per annum, in quo si se bene gesserit, & calculos & rationes ipsius vniuersitatis in libro ordine scripserit, ac denique in nullo commiserit fraudem vel negligẽtiam omnino confirmetur nec valeat improbari. Sed si optime & legaliter etiam se habuetit in secundo anno possit confirmari, vel de nouo eligi secundum ꝙ melius visum fuerit Rectoribus & consiliariis: & in quolibet alio anno similiter confirmari vel eligi possit.

¶ De collecta bidellorum. Rubrica.

IN isto statuto in. §. & nihilominus, post verba soluere teneantur. Addamus, attamen bidellus ipse, sub pœna periurii, scribat nomina soluentium collectas, ac etiam qnantum soluerint vt integre non satisfacientes pro residuo cogi possint. Si tamen pauperes fuerint modico contentari teneantur, de qua paupertate cognoscat Rector sub cuius iurisditione fuerit super eius conscientia, scilicet in statuto adijcientes ꝙ â scolaribus.

¶ De doctoribus & scolaribus ad lecturas vniuersitatis eligendis. Rubrica. Liber secundus.

¶ Istam rubricam cum suo statuto cassamus & annullamus in totum & loco rubricę istius, & statuti positi sub ea apponimus & apponi volumus infrascriptam rubricam cum suo statuto.

CVm ad vtilitatem huius florentissimi studii alias prouisum fuerit per statuentes ꝙ sex lecturę inter scolares vtriusque vniuersitatis vt legendo studiosiores euaderent, quadã forma distribuerentur. Cunq; in dies subcrescentibus malitiis hominum id tale emolumenti non amplius ordine dato. Sed fraude, conuenticulis, simoniis, & multis variisque generibns compositionum amplectaretur. Ad hoc amissio temporis scolarium non modica huc atque illuc pro praticis discurrendo accedebat, simulque infinita periuria oriebantur, aderant contemptiones plurimę. Confluebant vndique discordiæ, simultates subibant animis, hisque temporibus in peius dilapsis rebus nostræ vniuersitatis, arma plerumque excitabantur. Ciues tenacissime his inuoluebantur pro amicis atque persuadebant illis lecturas ipsas potentia vel amore obtinendas esse. Hinc inde periculo vitæ imminente sæpius pro communi quiete gubernatores ciuitatis præripiebant eas â manibus scolarium & sua pro voluntate. Et quandocunq; ignaris literarum & non benemerentibus illas conferebant, Idcirco condecens fuit huiusmodi morbo præstanti medella succurrere, & acriter elaborantes atque inuigilantes gratia acquirendæ virtutis correspondenti præmio exornare. ¶ Statuimus itaq; pro meliori commodo nostræ vniuersitatis ipsas lex lecturas neq; per cedulas neq; per voces consiliariorum vt dispositum fuerat veteribus statutis. Sed in posterum forte quadam ipsis scolaribus designari, quas sic nominari consuetum fuerat. Prima ordinaria in de-

cretis.

cretis. Secunda extraordinaria in decretis. Tertia sexti & clementinarum cum arbore consanguinitatis. Quarta infortiati &.ff. noui simul. Quinta voluminis sub quo includuntur institutiones autẽtice tres libri codicis & vsus seu feudorum, quorũ quatuor. s. extraordinariam in decretis & Sexti & clementinarum in canonibus. Item in legibus lecturam voluminis & infortiati & digesti noui pro diebus festis volumus præsenti anno; videlicet. M. cccc. lix. inter citramontanos studentes modo infra notato errogari. Ordinariam vero in decretis & infortiati &. ff. noui in legibus pro diebus continuis collocari dominis vltramontanis secundum de his inferius traditũ est. ¶ Sequenti vero anno. s. M. cccc. lx. alternis vicibus citramontani gaudeant duabus, lectura ordinaria in decretis & infortiati &. ff. noui pro diebus continuis. Vltramontani vero reliquis quatuor, rursus. anno. M. cccc. lxi. citramontani ipsas quatuor lecturas sortiantur & vltramontani reliquas duas & succesiue sic seruetur ordo iste vsq; ad infinitum ¶ Ad petitionem dictarum lecturarum de cætero nullus scolaris admittatur nisi ipse fuerit matriculatus ad minus per mensem ante diem in qua fieri debet distributio lecturarum illius anni.

¶ Item ad minus per mensem ante disputauerit publice, aut repetierit, vt dicemus infra, ac etiam studuerit ad minus per quatuor annos in illa facultate in qua petere vellet lecturam, aut studuerit in vna earum facultatum per quatuor annos, & in altera per vnum aut per tres in vna & per duos in altera. Hi enim qui sic mixtim studuerint admittantur ad petitionem lecturarum in qua optauerint facultate. Nullus tamen primo anno quo admittitur ad petitionem lecturæ poni possit ad sortem vtriusq; facultatis. Repetentes quidem sustineant in scolis publicis quatuor conclusiones ad minus. Disputantes vero tria dubia, qnæ conclusiones & dubia publicentur per scolas saltem per octo dies ante ipsum actum disputationis, vel repetionis per bidellum generalem, & cedulæ continentes conclusiones aut dubia figantur in foro & omnino ante stationem vniuersitatis & aliis locis publicis: si ipse voluerit vt palam fiant arguere volentibus, prius tamen ab his cõ monefacto Rectore suo ꝙ disputent vel repetent ex tali causa lecturarum obtinẽdarum. ¶ Rector vero teneatur exigere iuramentum à quocunq; de sua natione arguere volente qui ad minus præter Rectores erunt tres numero, non eiusdem diocesis, cum disputante vel repetente, ꝙ ammoto precio precibus vel amore, ac etiam non ex compósito aut malitiose, arguent sub pœna quinque librarum pro qualibet vice, qua contrafecerint, seu neglexerint ipsi Rectori imminente, cuius medietas applicabitur vniuersitati & altera sindicis deputatis ad sindicandum quam quidẽ pœnam de facto sindici extorqueant ab eo si præfatum iuramentum non reperiatur in actis notarij nostræ vniuersitatis, & si non adessent ipsi disputationi vel repetitioni arguentes pro numero supradicto sufficientes arguant loco illorum doctores siue ciues siue forenses. ¶ Confecta itaque disputatione vel repetitione (vt diximus) faciat repetens siue disputans in termino octo dierum nomen, & cognomen suum diem, mensem & annum celebrati actus, ac in qua facultate contigerit disputatum, aut repetitum fuisse, inscribi per notarium nostrum in actis eius, aut in aliquo libello ad hoc specialiter officium deputato præsentibus duobus testibus ciuibus fide dignis. ¶ Insuper singulis annis de mense decembris in festo sancti Thomæ, vel si illa die impedimentum occurrerit in die immediate sequenti teneantur & debeant Rectores vel alter eorum conuocare sin dicum generalem consiliarios repetentes, & disputantes in sancto Dominico & speciali loco vbi assuetum fuit aliis temporibus ipsas lecturas distribui. ¶ Et statim præfati Recto. vel alter eorũ, vel qui conuocationem fecerit deferat iuramentum competitoribus ipsarum lecturarum, ꝙ pro se tantum & sine dolo & fraude petunt ipsas lecturas, & ꝙ habent animum standi & legendi eas in ciuitate bonon. & ꝙ lecturas obtentas sorte non alienabũt. aut in alium vllo. modo transferrẽt neque transferri iuxta posse suum permittent, & vt ammota omni fraude, lecturæ sorte impetrari valeant, præcipimus vnum fratrem sancti Dominici pro illo actu destinatum per suum priorẽ qui illa die missam celebrauerit ibidem esse, & illi fratri separato ab omnibus aliis fortasse per pedes octo præsententur per bidellum nostrum duæ capsulæ ligneæ aut due pixides & tanta cera cuiusuis coloris, quæ sit sufficiens pro factura tot balottarum quarum quælibet sit quantitatis quasi vnius castaneæ mediocris, quot fuerint competitores dictarum lecturarum, quæ balotte conficiãtur pure super vno disco in conspectu omnium videre volentium, & sint ipse balotte vnius eisdẽ ceræ quantitatis, ponderis & similitudinis quantum fieri possit adeo ꝙ notabilis differentia inter eas percipi non possit. Quas balottas nec Rector nec scolaris aliquis voluere seu tangere audeat sub pœna periurii, & viginti solidorum, & si talis tangens vel voluens fuerit disputans vel repetẽs perdat de facto omne ius sibi acquisitum ex dispositione præsentis statuti in petendo ipsas lecturas. ¶ Quibus sic peractis Rectores vel alter eorum mandent omnes sedere & faciant per notariũ legere nomina competitorum lecturæ ordinariæ in decretis, & immediate post, præfatus frater manu propria scribat vnum scriptarinum in quo contineatur nomen ipsius lecturæ ordinarię in decretis & ipsum scriptarinum publ.ce lectum coram competitoribus intercludatur in vna prædictarum balottarum adeo ꝙ non videatur in aliqua sui parte & ipsa balotta reducatur omnino ad pristinã figurã de hinc apponatur in pixidẽ vel capsitulã cum aliis balottis puris, quæ omnes

simul

simul sint tot numero nec plures nec pauciores in ipsa pixide q̃ fuerint legitimi competitores ipsius lecturæ. ¶ Simile scriptarinũ fiat de lectura infortiati & digesti noui, pro diebus continuis in se cõtinẽs nomẽ prædictæ lecturæ & includatur balotta quę immergatur in alterã pixidẽ cum aliis puris quæ oẽs in pixide erunt equales numero legitimis cõpetitoribus eiusdẽ lecturæ. Post hæc bidellus generalis vel alius supplens loco, illius nomine qui primo de illius natione repertus fuerit in actis notarij legitime repetisse aut disputasse in iure canonico, & ad instantiam prenominati disputantis vel repetẽtis vel habentis causam ab eo, extrahat prefatus frater vnã balottã à casu ex capsitula vel pixide iuris canonici, quæ balotta palã infringatur per ipsum fratrẽ ante quã eferantur altera, & si fuerit pura ille ad cuius instantiã educta fuerit, fortẽ suam patienter ferat, spereq; in sequenti anno melius fortunatũ. Deinde bidellus alterũ nominet qui secũdo legitime disputauerit vel repetierit in ea facultate eiusdẽ nationis cũ lectura, ad cuius instantiã educatur secunda balotta, quæ similiter publicę infringi debeat, & si in ea reperiatur scriptarinũ p ordinem scribatur in actis notarij. A. talis fortitus est talẽ lecturã, &c. vel p similia verba in effectu, & sic in qualibet sorte iste modus seruetur, si pura fuerit balotta extrahatur tertia, & sic deinceps quousq; ad euacuationẽ pixidis vel capsitulæ iuris canonici. Ita tñ ꝙ ex illa natione de qua fuerit lectura quæ distribui deberet q̃ prior fuerit in actu disputationis vel repetitionis etiã primus sit nominatus, & ad eius instantiã prima educatur balotta, & qui secũdus secũdo nominetur, & sic deinceps ꝓcedatur. ¶ Cõtributa itaq; lectura ordinaria in decretis secundũ præcedentẽ formã statim bidellus nominet quẽpiã qui primo & legitime disputauerit vel repetierit in iure ciuili & sit illius nationis ad quã ꝑtinet lectura infortiati & digesti noui, quæ est cõsocia lecturæ ordinariæ in decretis, & ad ipsius nominati instantiã educatur balotta vna ex pixide vel capsitula iuris ciuilis, & sic ꝓ oĩa in hac fieri volumus sicuti supra diximus in lectura ordinaria in decretis. Lectura autem in decretis extraordinaria, & lectura Sexti & Clementinarũ semp ponãtur in eadẽ pixide ad sortem, & nomina illorũ eruntin diuersis scriptarinis quæ scriptarina in duabus diuersis balottis includãtur. Itẽ ipse balotte erunt oino similes & non in pixide cõnumerãdo has duas balottas in se habẽtes scriptarina quot fuerint cõpetitotes iuris canonici & illius nationis ad q̃ ꝑtinent ambæ istæ lecturæ nulla habita differentia inter cõpetitores lecturæ extraordinarie in decretis, & cõpetitores Sexti & Clemẽtinarũ. Seruato tñ ordine ꝙ qui primo legitime disputauerit vel repetierit in iure canonico primo nominetur, & ad eius instantiã exrahatur balotta vna, quę si habuerit scriptarinũ lectura cõprehensa in eo, erit illius noĩati. Rursum nominetur secũdus ad cuius instantiã efferatur secũda, quę si pura fuerit nominetur tertius, & sic vltra donec sors cõplementũ receperit. Duo itaq; noiati ex vna & eadẽ pixide vel capsitula duplici scriptarino gaudebunt hoc est ꝙ vnus cõsequetur lecturã extraordinariã in decretis, & reliquus Sexti & Clementinarũ, quorũ nomina inserãtur in actis notarii, vt dictũ est. Eodẽ mõ cõferãtur lecturę voluminis & infortiati & digesti noui ꝓ diebus festis, quę semel quolibet anno infundẽtur in eandẽ pixidẽ, & in sorte istarũ singula seruẽtur quę pauloante posuimus in lectura extraordinaria in decretis, & sexti & clemẽtinarũ nulla habita differentia inter cõpetitores vnius vel alterius istarũ. Volumus tñ ꝙ si solus vnus disputans vel repetens eius nationis ad q̃ pertinet lectura ordinaria in decretis reperiatur, vt diximus. Itẽ si alter solũmodo ad lecturã infortiati, &. ff. noui cõsociã lecturę ordinarię i decretis, pariter si duo & nõ plures ad lecturas extraordinarias in decretis & sexti & clementinarũ. Denique; si alii duo & nõ plures ad lecturas voluminis infortiati & digesti noui ꝓ diebus festis assignẽtur lecturę & quęlibet illarũ in quolibet prędictorũ casuũ p Rectores vel Rectorẽ singulis cõpetitoribus absq; sorte, & habẽtes lecturas etiã scribãtur in actis notarii vt ꝓdiximus. Qnq; accidere posset ꝙ duo vel plures peterẽt lecturã voluminis, & alter solus peteret lecturã infortiati & digesti noui vel ecõtra. Itẽ duo vel plures peterẽt lecturã extraordinariã in decretis & vnus alter lecturam Sexti & clemẽtinarũ illius cõsociã vel ecõuerso. His casibus lecturę ipsæ cũ suis cõsociis sorte dirimẽtur. Si duo tñ instarent ptinaciter circa petitionẽ eiusdẽ lecturę eius cõsocię, carẽte cõpetitore electio illarũ semp est prius disputãti vel repetenti. Hucusq; ꝓuisum est cũ superãt competitores lecturas numero & cũ equales fuerit. Modo disponẽdũ restat qua forma conferẽtur lecturę quãdo paucitas cõpetitorũ reperiretur. Si vna igitur vel plures supererint lecturę quę nõ collate sint, quia disputãtes vel repetitores illius nationis, & in illa facultate quã exigebãt ipse lecturę decefecerint. Volumus ꝙ qui disputauerint, vel repetierint in alia facultate, si sint eiusdẽ nationis, de qua forent lecturę sorte conferende & sint tot numero quot ipse fuerint sine aliqua exceptione admittãtur & eodẽ cõferãtur. Si vero plures fuerint cõpetitores vnius & eiusdẽ lecturę, aut si tres fuerint vel plures ad duas lecturas cõsocias quę eandẽ sortẽ in vna pixide vel capsitula patiãtur, tũc ipsa lectura vel lecturę reducãtur ad sortẽ ac si cõpetitores essent ꝓprii eius facultatis, de qua fuerit lectura vel lecturę ipse consocię. Attamẽ quilibet sic habẽtes lecturas iurent in manibus Retorum se p annũ proxime futurũ studere in illa facultate de qua fuerit lectura suphabũdans, vel superhabũdantes lecturę. Et in eodẽmet anno disputare aut repetere in eadẽ facultate secundum modũ supradictũ. Quę si adimpleta fuerint vt iuratũ exiterit etiã sequenti anno gaudeant sorte

in alia

in alia facultate in qua non obtinuerint lecturas. ¶Si quidem superstant lecturæ quę nullo modo prædictorum modorum potuerint distribui in festo sancti Thomæ, tunc in die, sequenti immediate resurrectionem Iesu Christi conferantur his qui disputauerint vel repetierint ad minus per mensem ante ipsam resurrectionem cum conditionibus a nobis supra notatis. ¶In omnibus autem & singulis sortem quæ fieri debet post resurrectionem volumus fore similem illi quę fit in festo sancti Thomæ & idem in supplementis. ¶Quod si quæ vel omnes ipsæ lecturæ nō fuerint distributæ post resurrectionem, tunc in festo sancti Ioānis baptistæ erogentur his qui ad minus per mensem ante ipsum festum disputauerint, vel repetierint secundum formam quam dedimus pro earum diuisione in supradictis, & idem in supplementis seruetur, & cum omnibus aliis conditionibus. ¶Nouissime si aliqua prædictarum lecturarum non fuerit collata secundum formam datam in festo sancti Ioānis baptistæ, Volumus vni nationi suppleri per disputantes vel repetentes alterius nationis, & in illa facultate de qua fuerit lectura conferenda si reperiantur. Sin aliter, disputantes vel repetentes in alia facultate suppleant. Dummodo iurent per annum immediate sequentem disputare, vel repetere in illa facultate in qua obtinuerint lecturam, & si plures fuerint cōpetitores eiusdem lecturæ aliquo prędictorum modorum supplentes lectura ipsa sic ducatur ad sortem, ac si essent proprii disputantes vel repetētes, quod volumus seruari in omni supplemento. ¶Cæterum non diuisis lecturis, vt supra disposuimus. Volumus ꝙ Rectores, vel alter eorum sine ipsis non facientibus, vel nolentibus, sindicus generalis, & non alius: aut ipso nolente & non faciente, quatuor consiliarij ad minus. Quibus nolentibus: & non facientibus. Duo seniores, ideſt qui diutius cęteris fuerint de vniuersitate, teneantur & debeant in termino trium dierum immediate sequentium festum sancti Ioannis baptistę congregari facere vniuersitatem in dicto loco sancti Dominici: & lecturam vel lecturas conferre his qui iurauerint in manibus eius vel eorum ad cuius vel quorum mandatum conuocata fuerit vniuersitas, ꝙ studuerint per quinquennium in ea facultate de qua fuerit lectura, & hic ad minus per tres menses, dummodo sint eiusdem nationis cum lectura ipsa forte acquirenda, quibus non extantibus suppleāt qui studuerint in alia facultate eodemmet tempore, & in alia saltem de qua fuerit lectura per sex mēses qui si non reperiātur admittantur qui iurauerint se studuisse per quatuor annos in illa facultate in qua fuerit lectura. Seruato etiā in his ordine antēdicto de supplementis. ¶Postremo non existentibus supranominatis scolaribus habilibus secundum conditiones prēsenti statuto insertas pro obtinendis lecturis. Volumus Rectores cum tota vniuersitate prouidere, & quicquid per maiorē eius partem fuerit ordinatum fiat de lecturis superestantibus. Sancimus insuper ꝙ quilibet scolaris qui semel disputauerit, vel repetierit, si in primo anno non obtinuerit lecturam in quolibet anno sequenti poterit poni ad sortem in illa facultate donec victoriam habuerit. Quinimo si in ambabus facultatibus repetierit, vel disputauerit, excepto primo anno semp poterit poni ad sortem in duabus pixidibus. Attento tamen ꝙ si ex prima pixide, ex qua extractus fuerit habuerit lecturam vt puta in iure ciuili, ꝙ postea non recipiat aliquam sortem ex pixide iuris canonici & econuerso. Sed si ex prima infortunatus fuerit, temptare poterit si pinguior euaserit fortuna ex secunda sorte. Hos etiam volumus admitti in supplementum in qualibet facultate, in qua non habuerit lecturam, vt cęteri omnes disputantes vel repetentes. ¶Si autem aduenirēt ꝙ alter vel ambo Rectores temporibus in prēsenti statuto comprehensis sua negligentia, vel fraude ad locū deputatum pro lecturis dandis non conuocauerint consiliarios & competitores vtriusq; vniuersitatis, concedimus ꝙ transacto ipso die à nobis determinato pro lecturis dandis. Sindicus generalis, aut quatuor ex consiliariis aut duo scolares, qui studuerint per quinquenniū. Quorū vnus sit pro vltramontanis & alter pro citramōtanis possint conuocare cōsiliarios, & cōpetiores lecturarū, vel maiorē partē illorū in loco sancti Dominici ad sortē secundū formam supra traditā ꝓcedere, in qua nullo modo se intromittāt rectores, nec impediāt factū ipsum, & sors ipsa firmitatē & robur omnino habeat ac si prēsentibus ambobus ipsis rectoribus cōsiliariis & cōpetitoribus acta fuisset. Et quilibet Rectorū qui fuerit in mora siue negligētia vel fraude in faciēdo quę dictat prēsens statutū, incurrat de facto in pœnā librarū quinquaginta bon. cuius medietas applicetur vniuersitati nostrę, & alia medietas Sindicis deputatis ad sindicandū eum, uel eos, tēpore sui officij, & intelligatur in quocūq; casu, fraude, mora, vel negligētia Rectorē vel Rectores in faciēdo vel nō faciēdo quę iubēt prēsentia statut. nostrę vniuersitatis qñ causa p eū iusta nō fuerit allegata & approbata p duos testes fide dignos, & qui nō fuerint de eorū familia, aut de dioceſi, corā sindico generali & maiori parte cōsiliariorū, qui oēs prius iurati ad sacra dei euāgelia sup ea habeāt cognoscere, & ipsam dicere sufficientē, vel in sufficientē, à quorū sentētia nō valeat appellari. Itē dicimus ꝙ si quis post disputationē, vel repetitionē morbo, vel aliqua mala valitudine ipediretur, vel durante peste abesset à territorio, vel alia iusta cā recessū habuisset cū animo reuertēdi infra duos mēses ad studiū bon. & id, ꝓtestatus fuerit ante discessū Rectori suo, quę ꝓtestatio sit inserta i actis notarii solēniter admittatur ac si ꝓsens fuisset. Et q i absētia obtinuerit lecturā p se aut p nūciū specialē, aut p literas directiuas rectori suo, alias sindico gñali, val notario nostrę vniuersitatis ī termino vnius mensis

ab habita

ab habita scientia debeat acceptasse ipsam lecturā, & si ammota omni causa impediēte ipsum quę impediret quēlibet alium de iure, non venerit ad studium ac faciat ea omnia ad quæ tenetur ratione impetratę lecture sit priuatus ipso iure a prædicta lectura, quę post tres dies, transactis duobus mensibus ponatur iterū ad sortem secundum formam quam supra tradimus. ¶Cęteri vero oēs nequeant forte gaudere dictarū lecturarū nisi prēsentes fuerint in dicto loco sancti Dominici. Itē nullus possit admitti ad dictas lecturas nisi studuerit Bonon. ad minus per tres mēses ante actū disputationis, vel repetitionis in illo anno cuius sunt lecturæ, quem incipere volumus a Natiuitate Iesu Xpi. At forte si quis fuerit impeditus aliqua causa prædictarum admittatur, ac si studuisset tēpore debito. Lecturātes autē prima die qua intratur post sortitas lecturas per oēs scolas publicari debeant per Notariū aut Bidellū generalē nostre vniuersitatis, qui teneatur hoc facere sub pœna periurij. ¶Rectores vel qui fecerint cōuocare copetitores lecturarū, si istud statutum totum legi nō fecerint congregatis cōpetitoribus prę dictis antequam inchoetur actus sortis, incurrant de facto pœnam lib. decem bonon. & periurij. Hoc statutū nulla alia cōsuetudine vel statuto in cōtrarium disponente volumus de cętero habere locum, & plenā roboris firmitatem, ac inuiolabiliter obseruari. Cassantes, & irritātes omnia alia statuta usus formas, & consuetudines retroactis temporibus quomodocunq; seruata vel seruatos, quæ, & quos ex nunc pronunciamus, & declaramus irrita, & irritos, atq; nulla & nullos. ¶Super quo nolumus posse aliquo modo dispensari p vniuersitatem, vel superiorem. Sed semper firmitatem habeant, & plenissimū robur. At siquis audeat vel temptauerit obtinere aliquam prenominatarum lecturarum per viā supplicationis, vel per alium quencunq; modum, & non secundum formam præsentis statuti sit ipso facto periurus & incidat in pœnam triginta librarum bonon, ac tanquam violator nostrorum statutorum, & rebellis vniuersitati, priuatus de facto sit sine spe restitutionis omni honore, & cōmodo Vniuersitatis. Et teneatur quilibet Rectorum perse cum hoc intellexerint, facere denunciari perscolas talem esse priuatum vt supra sub pœna cuilibet dictorum Rectorum librarum centum bonon. imminē te, si hoc facere neglexerit quæ eis remitti non possit, & nihilominus lectura ipsa reuertatur ad sortem secundum formam quam in cęteris fieri iussimus.

¶De inchoatione studij, & festiuitatibus per Doctores celebrādis. Rubrica.

NOlumus infracripta festa celebrari, si aliud festum fuerit in hebdomada in qua contingerit aliquod eorū euenire. Sed si nullum festū fuerit in illa hebdomada loco diei Iouis celebrentur.

De mense Ianuarii.
Sanctus Sebastianus
Sancta Agnes.
¶De mense Februarii.
Sancta Agata.
Cathedra sancti Petri.
¶De mense Maii.
Sanctus Ioannes portam latinam.
Sanctus Saluator.
¶De mense Iunii.
Sanctus Barnabas.
Sanctus Raphael.
Commemoratio sancti Pauli.
¶De mese Augusti.
Sanctus Petrus a Vinculis.
Decolatio sancti Ioannis baptistæ:
¶De mense Octobris.
Sanctus Dionisius.
¶De mense Decembris.
Sanctus Florianus.

VOlumus, & ordinamus ꝙ sanctus Bernardus qui est die vigesimo Maii obseruetur, pariter sanctus Antonius de Padua. ¶In isto statuto in.§ festū autem Resurrectionis. Cassamus verbū videlicet & sequente. Et loco illius verbi addimus cum die sequenti solummodo.

¶Qui & quando debeant disputare, & disputationibus adesse. Rubrica.

IN isto Satuto posito sub hac Rubrica in.§. Et quod diximus post verba substinentes sub doctore, addimus hæc videlicet. Quos tamen scolares sic disputantes, vel repetentes vel alios quoscunq; publice actus facientes, aggrauamus ut dare debeant Bidellis Vniuersitatis. si continue interfuerint disputationi vel repetitioni solidos quindecim bon. sequitur verbum doctores & scolares hoc non seruantes ꝙc. ¶Item addamus in fine prædicti, hanc clausulam videlicet, non legentes vero nisi ex priuilegio habeant salariatas sedes, vel vacuas, careant salario nisi se abstinuerint ex iusta causa & probata per Rectores, & Vniuersitatem, hoc nolumus locum habere in doctoribus uel scolaribus forte supradicta obtinentibus lecturas.

¶Qui dicantur esse Bidelli, & ad quid teneantur. Rubrica.

IN isto Statuto sub hac Rubrica in.§. Volumus in fine dicti.§. Volumus infrascripta verba adiungi. Item ꝙ non sint famuli alicuius personæ nec habitent cum doctore legente. In eodem statuto in fine adiungimus infrascripta videlicet. Nec aliqnis audeat soluere collectam Bidello non habenti cōditiones in statutis nostris contentas, sub pœna periuri, & viginti solidorum, quæ pena de facto auferatur ab eo, & applicetur pro medietate accusatori, & reliqua Rectoribus Vniuersitatis. Et talis gerens se pro Bidello trudetur carceribus domini Potestatis per spacium trium dierum per Rectores Vniuersitatis nostræ, nisi etiam in continenti soluat libras tres applicandas vtriq; vniuersitati. Et tamē sit ab officio bidellatus priuatus, & ab omni commodo vniuersitatis.

¶Liber Tertius Rubrica de pœnis iniuriantium Scolaribus.

IN Statuto isto posito sub hac rubrica. Cassamus, & annullamus omnia, & singula verba facientia mentionem de iniuria Rectorum.

¶De exequiis, & suffragiis mortuorum Rubrica.

IN Statuto posito sub hac rubrica in.§. generales in verbo valeat prouideri: Ponatur q̄ habeant libras tres bonon. pro singulis exequiis ex quibus, viginti solidos habeat quilibet ex Bidellis generalibus, alii viginti diuidantur inter bidellos speciales.

¶Quid soluere teneantur scolares superuenientes vel restituti.

IN primis volumus q̄ loco huius rubricæ, quam anullamus, apponatur infrascripta, quid soluere debeant Scolares superuenientes pro eorum matricula, vel per restitutionem factam nostræ Vniuersitati. ¶Item cassamus, & annullamus principium statuti positi sub eadem rubrica vsque. Item si scolaris, & loco dicti principij apponimus infrascriptum, quod incipit Decernimus q̄ Solaris de nouo superueniens teneatur vniuersitati soluere x i i. solidos Bonon. pro introitu matriculæ, ad q̄ Rector suus teneatur eum cogere intra mensem a die qua incepit audire Si constat eum soluere posse secundum formam statuti supra de hoc loquentis. Et si recusauerit soluere cadat in pœnam x x. solid & nihilominus cogatur modis omnibus ad soluendum dictam matriculam. Et præsens statutum habeat locum de omnibus alias non matriculatis, qui intrant, siue sint cum cappa, siue sine, siue laici, siue presbiteri, siue ciues siue forenses. Item quilibet Scolaris, qui portauerit cappam apertam, cum capuceo adminus per duos annos, & si postea mutauerit habitum teneatur soluere matriculā si semel soluerit, ēt si se absentaret, & rediret, vel semper remaneret, ac talis ipse possit dare vocē in Vniuersitate, vt quilibet de sua natione. ¶Cæteri vero omnes scolares qui prædicto modo non portauerint cappam, nisi singulo anno, & in diuersis diebus se ter ad minus præsentauerint in Vniuersitate cōgregata per Rectores ante Natiuitatē Iesu Christi vel post p mensem, nequeāt dare vocem in Vniuersitate, nisi de nouo fuerint Matriculati, quia tales sunt periurii, & ne aliquo modo cōmittatur fraus Vniuersitati, volumus q̄ appareat pœnes Notarium nostrum quo tempore prædicti fuerint in vniuersitate congregata, & in quibus diebus, vel saltem probauerint per tres Scolares ueros, & cappatos sub eorum iuramēto examinatos, & nihilominus ipsis dabitur iuramentum super ipso facto, & omnes non venientes ad Vniuersitatem congregatam modo antedicto tanquam inobedientes Rectoribus, intelligantur esse, & sint extranei & alieni a nostra vniuersitate, neque habeantur pro Scolaribus. Quinimo si uti scolares habuerint aliquod officium in vniuersitate aut perceperint aliquod aliud emolumentum. Siue tale fuerit ex aliqua vltima voluntate disponente pro scolaribus vel collegijs scolariū, siue ex alia qualibet causa pro illo anno vel annis in quo vel quibus tales fuerint inobedientes rectoribus omnino emolumentum quod habuerint teneantur restituere ne sub nomine scolastico fraus committatur. Et Rector sub pena decem librarum Bonon ad instantiā cuiuscunque illos accusantis, teneatur pronunciare eos non esse scolares, neque studentes de corpore nostræ vniuersitatis, nisi ter uocati per scolas fecerint legitimam defensionem, quam pronunciam statim teneatur ipse Rector facere publicari per scolas, & si de nouo se in matricula describi current, sint de facto restituti quo ad percipienda futura emolumenta scolarium, dummodo fuerint obedientes, ut diximus. Modo addamus huic nostræ additioni.§. Item si scolaris.

¶De festiuitatibus per vniuersitatem cereis processionaliter honorandis. Rubrica.

IN primis mutamus hanc Rubricam, & eam annullamus, & loco illius addamus hanc videlicet:

¶De Festiuitatibus per Vniuersitatem honorandis. Rubrica.

ET sub hac Rubrica volumus apponi illud Statutum, quod erat sub alia Rubrica, videlicet quod incipit Gerentes &c. & illud Statutum corrigendo dicimus quod illa uerba videlicet Cum cereis processionaliter, in principio statuti sint cassa & irrita, & loca eorum adiungimus cum oblatione. ¶Item cassamus versiculum, ita tamen q̄ capitulum .&c. vsque ad illa verba in clusiue. Ad alios autem recipiendos, & addamus loco illius versiculi ad oblationes fiendas in.§.huic autem statuto Cassamus verbum processionaliter. ¶Item cassamus.§. Iungatur autem, usq; ad finem dicti statuti, & addamus loco eius. ¶Item q̄ quilibet scolaris teneatur, & debeat soluere in qua cunque oblatione solidum vnum, & si fuerit nobilis solidos duos. ¶Item quod Rectores, nisi cura uerint cum effectu festum sancti Petronii sancti Dominici. sanctorum Petri, & Pauli, sancti Stephani, et Conceptionis Beatæ Virginis, atque natiuitatis eiusdem Mariæ, venerari cum oblatione modo antedicto incurrat quilibet eorum in periurium, et pro qualibet vice de facto in penam librarum quinque Bonon ¶Item et festum sancti Francisci. Sed cum cereis duntaxat valoris vnius solidi emptis ab ipsis scolaribus. Cætera autem festa deponamus, et cassamus, adeo q̄ in Statuto de his non fiat mentio.

Qui

¶Qui gaudere debeant priuilegio. Rubrica.

IN statuto posito sub hac rubrica in.§. volumus, & secūdo adiungimus nisi studuerint per quatuor annos in iure ciuili, aut in iure canonico, aut mixtim, quia si per totū id tēpus portauerint cappā & cappceū, & non occupentur tali impedimento q̄ valeant cum diligētia exercere officium ad quod deputati fuerint, uolumus tales admitti ad omnia officia vniuersitatis præter quam ad Rectoratus officium, ut supra dictum est.

¶Rubrica de priuilegijs Rectorū & Scolarium q̄ possint ire sine impedimēto ad Reueren. Dominum Legatum, & quoscunque alios magistratus.

IN primis sic ordinamus istam rubricam, & aliam quæ etiam sic incipiebat cassamus. ¶Item cassamus principium statuti positi sub illa rubrica, usque ad.§. Item dicimus, & loco illius principii apponimus infrascriptum quod sic incipit. Ordinamus q̄ liceat rectoribus vniuersitatis scolarium sine impedimento ire ad Reueren. dominū legatum ad magnificos dominos ancianos Vexilliferū iusticiæ, capitaneum, dominū Potestatē, & eorum auditores, & iudices aut ad quoscunq; de prædictorum familia quādocunq; placuerit eis pro factis vel rebus vniuersitatis prędictæ, & quorūcunq; scolarium. Et Reueren. D. legatus cum ceteris prenominatis in magistratu constitutis, & quilibet eorum familiares cum quibus loqui voluerit Rector vel ipsi Rectores, non possint prohibere illis ne accedant ad eos quandocunq; voluerint. Quinimo Reueren. ipse dominus Legatus ac quilibet prænominatorum dominorum debeant precipere eorum hostiarijs domicellis nuncijs, & bercerijs q̄ non vetent Rectori vel rectoribus quo minus veniant ad eos, & cum illis vel quolibet prędictorū loqui possint de his quæ eueniunt vniuersitati vel eius subditis. Sequitur Item dicimus in.§.fi.qui incipit Hoc statutum. addas post verbum statutum hæc verba videlicet quo ad potestatem, & capitaneum.

¶Qui ligent Statuta, & eorum volumina. Rubrica.

IN isto Statuto posito sub hac Rubrica cassamus.§. Addentes vsque ad.§. Item statutarij. Item cassamus, & annullamus.§. statuimus, vsque ad finem Statuti.

¶De Priuilegiis, & immunitatibus concessis scolaribus.

VOlumus istam Rubricam sic ordinari & aliam quæ incipit de priuilegiis, & immunitatibus annullati positam in volumine statutorū. Item istā loco illius apponi, & in statuto posito sub illa Rub. Cassamus, & irritamus.§. & q̄ doctores usq; ad finem dicti statuti: & loco dicti.§.adiungimus infrascripta videlicet. Item q̄ scolares non soluant bullettas, neque passum Malalbergi, neque passum Loselini, neq; alium passum quicunq; talis fuerit. Item q̄ in festis publicis, & conuentibus Rectores, Doctores, siue Scolares non teneantur soluere datium pro maluadico. Item q̄ omnia pro clamata quecunq; facta fuerint, non intelligantur emissa in respectu scolarium, aut contra scolares vel statuta illorum nisi specialiter, & expresse fiant cum clausula derogatiua contra prædictos. Itē q̄ scolares ciues sint de nostra Vniuersitate quo ad omnia præter quam, q̄ in ea non possint dare vocē nec gaudere aliquo officio vel forte illius lecturarum.

¶Quartus liber. Rub. de priuilegiis Rectorum & scolarium.

QVia frustra sunt geminata statuta, ideo cassamus, & annullamus tanquam superfluā Rub. de priuilegiis Rectorum, & scolarium, qui possunt ire sine impedimento ad dominum Potestatē &c. cum suo statuto, quia eadem rubrica, & idem statutum est supra positum in tertio libro, & a nobis aliqualiter ampliatum.

¶De immunitatibus Doctoribus concessis, & scolaribus legentibus.

IN Statuto posito sub hac rub. cassamus irritamus, & annullamus.§. considerantes vsq; ad fidem dicti Statuti, adeo q̄ nulla fiat mentio in nostris statutis de doctoribus conducendis in mane, nec de aliis in dicta parte Statuti contentis.

¶De Priuilegiis Scolaribus concessis, & ipsorum vniuersitati.

IN Statuto posito sub hac rub. in.§. Item q̄ potestas, Apponimus, & adiungimus videlicet ¶Itē dicimus q̄ in causis ciuilibus doctorum et scolarium quas habent siue habebunt cum aliquo cuiuscunque conditionis fuerit vel status, dummodo non fuerit scolaris, feriis non obstantibus quibuscunque debeat procedere summarie sine strepitu, & figura iudicij ¶Volumus tamen quod doctor siue scolaris in quolibet tempore, siue die feriato ad honorem Dei siue non, possit detineri facere, & capi quemlibet suum debitorem ex quocunque contractu vel causa tam forensem quam ciuem qui non habitat vel non habitauerit intra mœnia ciuitatis Bon. per quatuor menses ante a die detentionis ad officiū bulletarū vel p̄sentationū. ¶Et tales & oēs alios ciues possint cōuenire corā qui buscunq; magistratibus vel officialibus siue clericis, siue laicis quos ipsi doctores vel scolares elegerint & ipsi officiales ad quos habuerint recursum dicti doct. vel scolares debeant eorum causam determinare, & sola inspecta veritate rei, & sine oblatione libelli vel alia petitione in scriptis, omissis omnibus exceptionibus quæ p ipsum reum possit obiici tā contra personā quam contra iudicē, aut alia qualuis exceptione, quę impediret, aut differret expeditionē rei & causæ nō obstātibus aliquib. priuilegiis, decretis aut aliis quibuscunq; statutis vel ordinamētis in contrarium disponētibus. Salua semper ipsi reo potestate solūmodo iudicē recusandi ex legitima suspitionis causa. Quam autē litē cōtestatā vel habita

bita cõteſtatione uolumus p ipſum allegare,& p teſtes legitimos probare,& nõ aliter. Adijciẽtes in ſu per q̃ ad inſtãtiã ipſius doctoris vel ſcolaris ſibi debere aſſerẽtis, dictus officialis ad quẽ habetur recurſus, debeat exigere ab ipſo conuento fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo ẽt ſi poſſidet immobilia ſuper territorrio Bonon. & habeant ipſi doctores ſiue ſcolares executionem liberam paratiſsimam,& expeditiſsimam in fideiuſſores ſuos ſicuti in principales nulla obſtante ſpeciali conſuetudine decreto, ſtatuto, lege, vel priuilegio. ¶ Item dicti doct.& ſcolares per ſe(niſi legitima cauſa fuerint impediti)comparere teneãtur perſonaliter, & ſimiliter conuentus,& non per procuratorem vel per aliam quamuis perſonam qui in nullo actu poſsint interuenire,aut ſe intromittere, vel inſtruere partes ſic vel ſic reſpondere.Quinimo tales perſone à banco officij per iudices de facto expellãtur ſub pœna ipſis iudicibus differentibus cauſas prędictas vel audientibus procuratorem,vel alias perſonas in aliquo,pro qualiber vice xxv,lib. Bonon. applicandarum pro dimidia vniuerſitati,& pro altera came ræ Bon. ¶ Et addatur in fine huius ſtatuti,& præſens ſtatutum perpetuo habeat locum non obſtante quolibet alio ſtatuto facto,& fiendo,priuilegio,decreto,vſu & conſuetudine collegij vniuerſitatis,vel communis bon. in contrarium diſponente aliquo modo etiam ſi de uerbo ad uerbum annullando iſtud nominaretur.

¶ De Libris pignori datis. Rubrica.

VOlumus hanc Rub. ſituari,& poni immediate ante Rub. de generali cõfirmatione priuilegio rum &c. ¶ Item & ſuũ ſtatutum,q̃ ſic incipit &, eſt Sancimus q̃ liber cuiuſcunq; facultatis pignoratus ſiue qui pignoretur in futurum iudeis,vel aliis feneratoribus per aliquẽ, ſeu aliquos qui gaudeant priuilegiis noſtræ Vniuerſitatis,tranſacto tempore duorum annorum a die pignorationis,& nõ ante,ſi præfati iudeus vel feneratores voluerint de ſorte,& de vſuris ſibi ſatisfieri de manda to rectoris cuius ſub iurisdictione dominus libri pignorati fuerit, publice & in ſtatione vniuerſitatis vendatur ei qui plus precii obtulerit. & in dicta ſtatione debeat ipſe liber remanere per menſem ante quam deliberetur. Ex pecuniis vero dicti libri venditi receptis, ſatisfieri debeat iudeo, vel feneratori de ſorte,& de uſuris pro tempore pro quo dictum librum ſub pignore tenuerit, præterquam pro tempore dicti menſis pro quo iudeum vel feneratores nihil habere uolumus pro uſuris. Reſiduũ uero deponatur penes maſſarium noſtrę Vniuerſitatis,& ei cuius liber fuerat reſtituetur quum illud petierit. Et ſi fenerator vel iudeus aliter quã ſupra cautum eſt alienauerit librum pignoratum de facto incidat in penam decem aureorum cuius medietas domino libri applicabitur, & altera collegio xvi. Vexiliferorum qui pro tempore fuerint,& nihilominus fenerator ſatisfaciat eidẽ de reſiduo q̃ ſupra ſortem, & vſuras ſupererit ſecundum quod per ipſum dominum iuratum fuerit dummodo nõ excedat modum præcij euidentur,& manifeſte. ¶ Hoc ſtatutum habeat locum non obſtantibus aliquibus ſtatutis, prouiſionibus, priuilegijs, decretis communis Bonon. vel aliis cuiuſcunq; collegii in contrariũ facientibus, quibus omnibus in hac parte ex certa ſcientia intelligatur eſſe derogatũ, quod ſtatutũvolumus ppetuo habere roboris firmitatẽ neq; aliqua cõſuetudine,vſu,ſtatuto,directo,reſcripto,,puiſione,vel priuilegio aboliri ſeu derogari poſſe quouis modo infuturũ. Infraſcriptam Rub.cũ ſuo ſtatuto volumus ſequi præcedentem quæ Rub. ſic incipit. videlicet.

¶ De confirmatione Teſtamenti Domini Petri de Ancharano. Rubrica.

PRæcipuum eſt vbiq; fauere vltimis voluntatibus. Cum omnibus equaliter contingat e vita diſcedere,& vltimam ſui diſpoſitionẽ appetat omnino ſortiri effectum. Ea propter nos ſtatuentes iubemus inuiolabiliter obſeruari omnia,& ſingula:quæ poſita ſunt in teſtamento piæ memoriæ domini Petri de Ancharano,qui cum vitam in mortem commutauerit per quandam ſubſtitutionem miſertus fuit pauperum ſcolarium. Et ordinamus q̃ ſi aliquis ſcolaris, vel non ſcolaris audeat de cætero inhabitare Collegium ipſius domini Petri per viam ſiue interceſsionem vel fauorem alicuius, cuiuſcunque conditionis fuerit,aut etiam per diſpenſationem alicuius ſuperioris, vel alia qualibet cauſa,aut modo,quæ ſit contra diſpoſitionem ipſius teſtatoris,ſit talis ſic inhabitans Collegium,priuatus ipſo iure,omni commodo,& honore noſtræ vniuerſitatis ſine ſpe reſtitutionis,ad quam nõ reſtituatur,niſi primo ſoluerit triginta libras Bonon. applicandas dictæ Vniuerſitati, quo caſu reſtituatur ad ipſam vniuerſitatem,Saluis ſemper proxime dicẽdis. ¶ Item talis ſic adulterans dictum teſtamentum dicti Domini Petri teneatur,& ſit obligatus pro expenſis quas receperit in dicto Collegio ſoluere ſingulo anno pro quo inhabitauerit dictum Collegium vigintiquatuor aureos,quos prior dicti Collegii per ſe aut vna cum Sindico generali Vniuerſitatis,aut cum duobus ſcolaribus ex antiquoribus ſtudij, vel quilibet eorum per ſe impetrato fauore à familia domini Poteſtatis Bonon. cum tempus viderit magis opportunum debeãt exigere omni modo quo poſsint ab ipſo ſcolare,neq; illis præſcriptio curat in petendo, vel exigendo. ¶ Item & incurrat defacto in pœnã triginta lib.Bonon.Et dictus Prior, vel Sindicus,vel ipſi duo ſcolares,uel ſimul vel per ſe omnes habeãt plenam auctoritatem, & arbitriũ talem ſcolarem non legitime habitantem collegium detineri, & capi facere ad bulletas ſi velet recedere, & duci facere ad carceres,niſi ſoluerit dictam quantitatem,non obſtantibus aliquibus priuilegijs, & ſtatutis communis Bonon. & maxime ſtatutis noſtrę vniuerſitatis, quibus derogamus in hoc caſu. Pœna vero applicetur pro dimidia Vniuerſitati,& pro reliqua dimidia exigenti vel curanti ut exigatur,

tur,quæ pœna,vel prædicta quantitas pecuniarum ſoluendarum pro expenſis receptis per ipſum ſcolarem in dicto collegio nullo modo per vniuerſitatem noſtram vel per aliquem alium cuiuſcunque dignitatis remitti aut relaxari poſsit. Nec valeat ipſe ſic inhabitans ſuper liberatione eius debiti vel relaxatione perſonę, aut etiam ſuper danda dilatione, impetrare aliquo priuilegium ſiue indulgentiam aliquam. Et ſi q̃ ipſorum impetrauerit ipſo iure careat impetratis,& ſibi pœna prædicta duplicetur,ſi aliquod ipſorum afferat,vel producat ad defenſionem ſui. Et tunc dumtaxat, & nullo alio quouis modo, quantumcunque ſimili,vel parem, vel etiam maiorem rationem habente,intelligatur ſcolaris inhabitare dictum Collegium ſecundum voluntatem dicti teſtatoris quando appareat per publicum inſtrumentum Rectores impoſuiſſe illum in dictum Collegium ſeruata forma ad ungem, & modo ab ipſo teſtatore dato in teſtamento, & omni alio caſu, qui dici vel excogitari poſsit intelligatur, & ſcolaris aliquis inhabitare dictum Collegium contra voluntatem dicti teſtatoris, ſi in illo degerit. Et cum Rector vel rectores ſciuerint aliquem cuiuſcunque conditionis eſſe uoluerit habitare dictum collegium contra diſpoſitionem dicti teſtatoris,& non habuerit inſtrumentum(ut diximus)ni ſi totis viribus illum expellant,quilibet ipſorum incurrat pœnam quadraginta lib. bonon. Et de facto, & ſine vlla cognitione in ſuo ſindicatu auferandarum,cuius medietas ſit ipſorum Sindicorum, & altera vniuerſitatis.

¶ Sequitur etiam in ordine infraſcripta Rubrica cum ſuo ſtatuto,quę incipit ſic,videlicet.

Rubrica de Priuilegiis, & exemptionibus ſtatutariorum.

VEteres ſtatutarij peroptime metientes grauiſsimos labores eorum,qui diſquirũt ſtatuta noſtræ Vniuerſitatis,pro emendatione,additione,vel reformatione fienda, ordinauerunt ſtatutarios ipſos ab anno ſui officij uſq;ad duos proxime futuros fore exẽptos ab obſeruatione ſtatutorũ. Alii uero ſtatutarii poſteriores,delecti ad reficiẽda nouiter,vel corrigẽda, vel aptãda ſtatuta de quib. loquor noſtrę uniuerſitatis cũ putauerint id priuilegiũ pro tãto labore in modicũ euenire,addiderũt quod ipſi ſtatutarii gauderent quatuor annos plena exẽptione ſtatutorũ.Hos quoq; dignoſcentes illorum labores non modice increuiſſe, cũ volumina ſtatutorum adaucta ſint, & illi teneantur ſigilatim legere priuilegia,additiones,correctiones,reformationes,& omnia confirmare, vel ubi opus fuerit corrigere,reformare,vel de nouo facere. Ideo non obſtante verſiculo. Prædicti vero ſtatutarij,in rubrica de ſtatutariis, & non obſtante .§. Item ſtatutarii,in rubrica quando ligent ſtatuta, & eorũ volumina, ſtatuendo dicimus,q̃ qui antiqua, præſentia,& futura ſtatuta reformauerunt,correxerunt, & addiderunt ſint exempti perpetuo ab omni onore ſiue grauamine ſtatutorum quam exemptionẽ declarando pro parte,dicimus, q̃ nullo modo poſsint cogi aut grauari in conuentibus eorum ad ſoluendum aliquid vniuerſitati, Rectoribus, Notariis vniuerſitatis,Bidellis generalibus, & ſpecialibus. Sacriſtæ ſancti Petri, nec quicquam pro collatione in examine,deniq; ad nullum aliud agrauamen pecuniarũ qualitercunque imponatur a ſtatutis aut imponetur de futuro ſcolaribus, vel doctoribus. Sed ſemper ab his omnibus, ac etiam a cæteris grauaminibus quibuſcunque ſub ſtatutis noſtræ Vniuerſitatis comprehenſis vel de nouo fiendis,gaudeant plena exemptione. Quinimo nullus cuiuſcunque conditionis fuerit audeat vel præſumat aliqua de cauſa vel reſpectu mouere litem uel altercationem ipſis ſtatutariis ut infringat vel annullet prædictas vel aliquam prædictarum exemptionum ſub pœna xxv. librarum bonon. & priuationis commodi totius Vniuerſitatis ſine ſpe reſtitutionis, inquã defacto incurrat. Et teneatur Rector talem ſic priuatum publicari facere bis in diuerſis diebus,per ſcolas, pœna triginta librarum ipſi Rectori imminente hoc facere negligenti. ¶ Statuimus etiã nobis ipſis ſeruando poteſtatem etiam publicatis his ſtatutis faciendi tranſcribere in publicam formam reduci,ordinari,& expolliri ac omnia alia fieri,quæ requirit natura aliorum ſtatutorum. Et nihilominus ipſa interim,& quæ eorum vigore hactenus acta ſunt publicata,obtineant roboris firmitatem. ¶ Item reſeruamus nobis ſtatutariis perpetuam interpretationem eorum. Volumus etiam ſtatuta ipſa penes nos remanere quouſque tranſcripta fuerint, & in publicam formam redacta,& ſi interim Rectores indigerent ſtatutis per priorem ſtatutariorum fiat eis copia. ¶ Item q̃ omnia ſtatuta communis Bonon. facientia in vtilitatem ſcolarium,& etiam quæcunque alia priuilegia facta, & fienda intercludi debeant,& deſcribi in ſine noſtrorum ſtatutorum expenſis vniuerſitatis,& ipſi Rectores,& Sindicus generalis debeant curioſe inueſtigare, & perquirere de his in ſtatutis communis Bonon.

PRAECONIVM.

STatuimus q̃ ſingulis annis circa octo dies menſis Septembris ſono tubæ, & alta voce in locis conſuetis,& ſpecialiter in arengheria palatii veteris communis bonon. poſita ſuper platea ipſius communis mittatur Præconium crida ſeu intimatio per hæc verba videlicet.

PER parte e ſpeciale commandamento del Reueren. padre noſtro Monſignore della Città de Bologna Contado,e diſtretto Gouernatore apoſtolico,e delli Magnifici e potenti Signori, Antiani Conſuli e Confalonieri de iuſtitia,e delli honoreuoli Signori de Collegio, e delli Sedeci Reformatori del præſente ſtato,e de tutti li altri Officiali. Se fa noto e manifeſto a tutti li Dottori licentiati, e

ti e ſcolari exiſtenti in la dicta Cittade, e a tutti quelli liquali voleſſeno venire a ſtudiare in la ditta Cittâ che poſsino liberamente e ſecuramente venire a la dicta Cittâ, ſtare e partirſe e che tutti li priuilegij delli ſtudenti, immunita, & exemptione, e ſtatuti già conceſsi, e che ſerano dati de nouo, Serano liberamente e intieramente uſque ad vnguem obſeruati, e maſsimamente la eſſemptione de gabella cioe, che ciaſcuno il quale veniſſe al ſtudio in la ditta Cittade in ogni facultade per quelli proprij o ſia per altra perſona in ſuo nome, o ſua commiſsione, nouamente ouero per ſpacio di tempo qualunque ſia breue ouero lungo, non pagarano alcuna coſa giurato per ſuo ſacramento che le predette coſe ſono portate per ſuo vſo, e ſenza far altra proua. ¶ Item ne pagarano etiamdio paſsi, o vero bollette, ne verano danneggiati per altri modi. Ma ſaranno ben vegnuti, e fauoreuolmente trattati, e ſopra cio e ſolẽnemẽte proueduto, & ordinato, e ſimilmẽte li ditti Dottori, Scolari e Studẽti in ogni facultà ſe poſsino quando voleno liberamente partire dummodo non ſiano condutti per legere, & etiamdio poſsino in ogni tempo retrahere fuori de la Città & terreno li ſuoi libri, e beni nominati, o per ſe ſteſsi o per altri oſſeruare tutte le ſue immunitade, ſtatuti, priuilegij, & eſſenttione predette, diſcurrendo, e commandando la preſente Crida hauere perpetualmente luoco.

¶ De pœna non ſeruantium ſtatuta vniuerſitatis.

VOlumus hanc Rubricam cum ſuo Statuto apponi in fine ſtatutorum noſtrorum, & Statutum eius eſt hoc, videlicet.

STatuimus & ordinamus ꝙ omnes & ſinguli Scolares noſtræ vniuerſitatis cuiuſcunque conditionis, preheminenitæ, aut dignitatis exiſtant, exceptis ſtatutarijs, & aliis priuilegiatis in Statutis, & omnes & ſinguli obedientes, aut ſuppoſiti ipſi Vniuerſitati, ac etiam doctores quicunque fuerint actu legentes vel non, & alij omnes qui volunt ſeu intendunt ab vniuerſitate commodum aliquod reportare, teneãtur, & debeant ſeruare ſtatuta præſentia, & fienda, & obedire domino Rectori Vniuerſitatis eiusdem in licitis, & honeſtis. Sub virtute præſtiti iuramenti, & ſub pœna, & pœnis in Statutis contentis. Et ſi in eis aliquæ expreſſe, & ſpecificatæ reperiuntur, alias arbitrio Domini Rectoris imponendis, & exigendis, quas pœnas ipſe Rector, & quilibet alius qui pro tempore fuerit vel Sindicus generalis exigere, & exigi facere teneatur. Et recuſantes ſoluere poſsit ipſe rector priuare illes à commodo Vniuerſitatis a qua priuatione priuatus reſtitui non poſsit niſi pœnam ſoluerit, & vltra viginti ſolidos Vniuerſitati. Ordinamus etiam omnia ſtatuta his noſtris reformationibus, additionibus, vel emendationibus contraria quæ inſerta ſint in volumine ſtatutorum antiquorum deberi, aboleri, & cancellari, tanquam irrita, & nulla. ¶ Item ordinamus ꝙ in fine noſtrorum ſtatutorum omnino inſeratur priuilegium quod habet Collegium Hiſpanorum, ut Vniuerſitas noſtra non ignoret præheminentias illius loci.

DANIEL Dei gratia Epiſcopus Concordien. Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ Theſaurarius, ac pro eodem ſanctiſsimo domino noſtro, & ſancta Romana Eccleſia Ciuitatis Bonon. &c. Cũ plena Legati de latere poteſtate gubernator. Conuenientiam atque vnionem. Quibus quantũcunque extenuatiſsimę res ſatis ſuperque creſcunt & augentur. Ipſis vero deficientibus maximę excelſęque in ſe labuntur, & corrunt, Natura colimus, veneramur, rati his ducibus omnia ſub noſtris gubernaculis iuſte optime ſancteque tractari, hac ipſa de re diſſenſione inter Rectores ſcilicet Vniuerſitatis Artiſtarum, & Medicorũ, & Collegii diuæ memoriæ D. Sabinen. trito, & vulgari vocabulo nominati Collegium Hiſpaniæ. Quam intelleximus indies firmioribus radicibus niti, extinguere, & pro viribus extirpare cupimus, & optamus ne diuturnitate temporis, ac vna leui re admodum inter ſe ad deteriora prorumpant, & omiſsis ſtudiis ad concertationem non de virtute, non de moribus. Sed de ambitu, & humano fuco pugnent, contendunt non meritis diſciplinarum, & ſcolaſticæ religionis, quarum Rectores ſe profitentur honoratiores altero reddi quocunque eos cõuenire contingat, Quod vtinam ſtudio, & doctrina, non ambitu, & umbratili caſuroquæ fuco facerent, hoc modo ſatisfacerent expectationi parentum, Quorum vt ſe optimis artibus, & doctrinis, non diſſenſionibus dedant omne patrimonium exhauriunt, Quibus rebus conſulere noſtra non dubitamus intereſſe. Igitur in primis hac re diutius animo, & cũ uiris optimis diſcuſſa, hac perpetua ſanctione noſtra decerni mus, ſeu ſtatuimus auctoritate qua fungimur apoſtolica, ꝙ in conſeſſu itinere, aliisque ſcolaſticis actibus quotienscunque Rectores vua cõuenerint, Rectores iuriſtarum, & artiſtarum, medicorumque ſimul coeant duntaxat in primo gradu, & honoratioribus locis diſtinguantur, & præcedant. Poſt vero prædictos immediate in ſecundo gradu atque loco uolumus a prædictis Rectorem ipſius Collegij ſubire, & locari, ita ꝙ honoratior priorq; locus ſemper ſit poſt prædictos Rectores ſcilicet iuriſtarum & artiſtarum rect. ipſius Collegii. Mandantes dictis rectoribus, & aliis quibuſcunque, ad quos ſpectat quatenus hanc noſtram ſanctionem, & decretum ſeu ſtatutum duraturum, & valiturum perpetuo ſub pœna noſtræ indignationis inuiolabiliter obſeruent, & faciant obſeruari. Et in voluminibus ſtatutorum eorum vniuerſitatum regiſtrent, & regiſtrari faciant. Inquorum fidem & teſtimonium has noſtras publicas literas noſtri conſueti ſigilli munimine roboratas iuſsimus fieri. Datum Bononiæ in palatio

palatio Apoſtolico die decimo ſeptimo menſis Nouẽbris Milleſimo quadrigenteſimo trigeſimo ſexto Indictione quartadecima. Pontificatus vero ſanctiſsimi in Chriſto patris, Domini noſtri Domini Eugenij Diuina prouidentia Papæ quarti. Anno ſexto.

TEmpore Magnifici, ac generoſi viri Domini Meliori de Mollis de Fauentia vtriuſque Vniuerſitatis Rectoris digniſsimi, Milleſimo quadrageteſimo octuageſimo quinto, die xviiij. Menſis Iunij.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam, prouiſionis noſtræ debet peruenire ſubſidio, ut ſuum ius cuilibet conſeruetur. Hinc eſt ꝙ nos tenore quarundam literarum fœlicis recordationis Nicolai Papæ quinto, prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius prędeceſſoris repertum pro eo ꝙ ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Rectorum vtriuſque Vniuerſitatis ſtudii ciuitatis noſtrę Bononiæ petitio continebat huiuſmodi tenore certis de cauſis indigent, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad vniuerſitatem prædictorum in ſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

¶ De Scolaribus pauperibus doctorandis ad inſtantiã Rectorum gratis. Rub.

NIcolaus Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam, ad Ciuitatem noſtram Bonon. quæ dudum inter alias fidelium ciuitates, & loca, generali diuerſarum ſcientiarum Studio polluit, & continue pollere dinoſcitur, noſtrę mentis intuitum dirigentes, ea paternis affectibus libenter, & fauorabiliter impertimur, quę ipſius Ciuitatis decori, & vniuerſali ſtudentium commodo fore cõ ſpicimus opportuna. ¶ Cõſiderãtes igitur, & ex animo proſpicientes tedia, moleſtias, labores, & graues admodum expenſas quibus in prædicto ſtudio Rectores vtriuſque Vniuerſitatis ꝙ tempore exiſtentes cum in regimine multitudinis, & nationum illuc cofluentium, tum in alijs quotidie negocijs, & caſibus ibidem emergentibus nulla vel modica remuneratione ſubſequente affligun tur. Videntes inſuper quamplures hactenus extitiſſe, & in præſentiarum ac ſucceſsiuis diebus eſſe poſſe Scolares, qui ob eorum paupertatem extremam, & rerum neceſsitatem licet in viros graues, & peritiſsimos poſt longa temporum interualla euaſiſſe comperti ſunt, minime potuerunt, nec poſſunt ad vllum ſcientiarum, inquibus diu ſatis, & bene vigilarunt gradum promoueri, & tanquam de ſperati honoris emeriti redduntur expertes. Et ob hocin prẽmiſsis ſalubriter, & opportune quantũ in nobis eſt prouidere diſponentes motu proprio, & non ad alicuius nobis ſuper his oblatę petitionis inſtantiam, præſentis & irrefragabilis conſtitutionis edicto auctoritate apoſtolica, Statuimus, & ordinamus, ꝙ perpetuis futuris temporibus Rectores prædicti præſentes, & futuri in recompenſam expenſarum, & aliorum ſupradictorum incommodorum, ſi ſufficientes, & ydonei fuerint, teneantur, & debeant ab his quorum interierit gratis, & abſque vlla impenſa vel exactione cuiuſquam, niſi alias de ipſorummet Rectorum voluntate prouenerit, durante eorum rectoratu vel poſt huiuſmodi depoſitionem officii licentiari, & ad inſignia doctoratus omni prorſus contradictione ceſſante promo ueri, Quòdque ſingulis annis inqualibet infraſcriptarum facultatum, Iuris videlicet Canonici, Iuris, ciuilis, aut in horum vtroque. Item artium, & medicinæ, vel in harum vtraque ſimiliter teneatur, & debeat a prædictis licentiari, & graduari. Vnus qui pauper, & impotens ad ea onera ſupportanda eſſe dinoſcatur, ſine aliquo ſumptu uel expenſa dummodo ſufficiens ac doctus exiſtat deligendus tamen, & prẽſentãdus per Rectores ſuarum facultatum vna cum duobus doctoribus ſui Collegij antiquioribus. Et quia duo ſunt Rectores in iure canonico, & ciuili ad obuiandũ diſſenſionibus quæ poſſunt occurrere circa electionẽ, ac præſentationẽ eiuſmodi pauperis faciendã (vt prẽfertur), primo & prẽſenti anno ad Dilectum filium Ioannem de Burzatis ciuem Brixien. qui citramontanorum Rector exiſtit. Sequenti vero immediate anno ad vltramontanum. Deinde ad quemlibet ipſorum Rectorum pro tempore exiſtentium alternis annis, ac ſucceſsiue, & viciſim noſtræ diſpoſitionis ope decernimus pertinere, & ſcolaris pauper doctorandus in vtroque iure vel in artibus, & medicina ſimul pro vno duntaxat habeatur, & ita recipi debeat, ac penitus admitti, nec in electionibus, et præſentationibus per eos, ut permittitur de cætero fiendis, aut in earum aliqua fieri aliter nec recipi quicquã poſsit aut debeat quouis modo. Quæ omnia, et ſingula ut plenarium conſequantur effectum, et per petuam obtineãt roboris firmitatem, ac inuiolabiliter obſeruentur auctoritate prædicta, et harum ſerie præcipiendo, mandamus cãcellario, doctoribus Collegij, Notarijs, Bidellis, et quibuſuis aliis perſonis quauis dignitate vel officio fungentibus tam præſentibus quam futuris has noſtras præſentes literas poſt quam eis fuerint exhibitæ in volumine ſtatutorum, et ordinamentorum prætati Studij de verbo ad verbum conſcribant, vel annotari, et conſcribi faciant, et procurent, nec ipſi vel eorum aliquis vllo unquam tempore quouis quęſito colorẽ directẽ vel indirecte contra prædicta vel aliquod drędictorum petere, recipere, vel extorquere facere, venire, aut attem, ptareub pœna excommunicationis, prędumant. A qua donec debitam ſatisfactionem impenderint abſolutionis beneficium ne queant obtinere non obſtantibus priuilegijs, literis, immunitatibus, gratijs, et indultis Apoſtolicis, ac Vniuerſitatis eiusdem ſub quibuſuis formis aut verborum expreſsionibus hactenus forſitã cõceſsis

cessis, necnon Vniuersitatis, & studii prædictorum iuramento confirmatione Apostolica vel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad uerbum inserti forent, presentibus haberi volumus pro expressis ceteriſq; contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino haminum liceat hanc paginam nostrorum constitutionis, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omniptentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud sactam Potentianam Anno Incarnationis Dominice Miliesimo quadringentesi mo quadragesimo octauo Sexto idus Nouembris Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Cæterum vt earundem literarum tenor omnimodam rei, serie facti cerritudinem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur tanquam vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales literæ supradictæ, & eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandocunque & vbicunque siue in iudicio siue extra exhibitus vel ostensus, & eidem tenori stetur firmiter in omnibus sicut eisdem originalibus literis staretur si forent exhibite uel ostensæ. Per hæc autem nullum ius cuiquam denuo acquiri volumus. Sed antiquum tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cõstitutionis, et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contradicere. Siqus autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei beatorum Petri et Pauli Apostolorum se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum. Anno Incarnationis Dominice Milesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Sexto nonas Maii Pontificatus nostri Anno Tertio.

VBi diuturnalis inter rectores almi studii Bonon. & Oratores Illustris Ducis Mediolani orta erat pro antelationis prerogatiua, quam dicti oratores sibi iniuste arrogare nitebantur Guilielmus Gualterus Anglicus de Vualia electus tunc rector vltramontanus, Volens honorem, & preeminentiam istius almi studii summa cum magnanimitata tutari, & huic liti silentium imponere perpetuum. Iuit Romam ad Innocentium Pontificem maximum, & cum suis magnis laboribus, & expensis obtinuit hoc sequens breue apostolicam, quo ut apparet cautum est ꝙ rectores seruata hac forma breuis, omnes debeant in perpetuum precedere.

BREVE INNOCENTII PAPAE VIII.

VEnerabilis frater salutem, & apostolicam benedictionem. Licet, ut accepimus ex antiqua consuetudine, & secundum statuta Vniuersitatis Studij Ciuitatis nostræ Bononiæ, Rector pro tẽpore existens siue vltramontanus siue citramontanus sit, locum immediate post Legatũ episcopum ac Vexiliferum iusticie Bonon. in præcedentia tenere debeat, tamen quia nuper relatum est nobis nonnullas lites, & controuersias istic ea de causa inter dilectum filium Guilielmum Cualterum electum Rectorem, & nonnullos alios exortas esse non sine magno scandalo, ac diminutione iurium præfatæ Vniuersitatis, ac Rectoris. Ideo volentes huic rei pro nostro Pastorali officio opportune prouidere, & scandalis quæ inde euenire possent occurrere. Tibi tenore presentium committimus, & mandamus vt præfatum præcedentiæ ordinem dicto electo, & aliis pro tempore existentibus etiam in medicina Rectoribus ultramontanis, siue citramontanis, non tam in ciuitate Bonon. quam in illius districtu, & territorio in publicis ac priuatis actibus, tam in stando, & sedendo quam incedendo, & ambulando sub pẽnis & censuris Ecclesiasticis obseruari facias, & mandes pro ut nos harum serie seruari debere præcepimus, & mandamus, quod si forsan (quod absit) hoc mandatum nostrum exequi postponeres. Dilectis filijs Archidiacono Ecclesiæ Bonon. & Vicario Ven. fratris Episcopi Bonon. in spiritualibus generali præsentibus, & pro tempore existentibus sub excommunicationis pœna per hæc apostolica scripta mandamus ut vbi, & quando expedierit fuerit que desuper requisiti defensionis efficacis præsidio, assistente præmissa auctoritate nostra faciant inuiolabiliter obseruari. Non permittentes rectores ipsos contra tenorem præsentium quouis modo directe vel indirecte molestari seu perturbari. Contradictores per censuram ecclesiasticam, & alia oportuna iuris remedia compescendo inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis, in contrarium facientibu nõ obstantibus quibuscunque. Datum Romę apud sanctum Petrum sub annullo piscatoris die octauo Iulii. 1492. Pontificatus nostri anno octauo.

EGO Laurentius quondam Ser Pallamidesii de Rubeis Ciuis Bononien. publicus imperiali, & Communis Bonon. auctoritate Notarius. Nunc vero Notarius almi Studii Bonon. Vniuersis, & singulis fidem facio, & attestor suprascriptum Breue esse transumptum de verbo ad uerbum de originali Breuis ab Innocentio Pontifice octauo emanati, quod quidem originale in arca Vniuersitatis, quæ in Sancto Dominico sita est, repositum fuit per supradictum Dominum Guilielmum Gualterum Rectorem. In quorum fidem, & testimonium hic me cum signo meo consueto subscripsi.

¶ In

¶ In statuto posito sub rubrica. Qui quando debeant disputare & disputationibus adesse in. §. Et quod diximus, & in altero statuto facto ut illi adderet posito sub eadem rub. incipiente. In statuto posito sub hac Rubrica.

ADdimus & adiungimus infrascripta, uidelicet quod omnes scolares ciues bononienses promouendi ad gradum doctoratus. qui ex forma statutorum tenentur repetere uel publice disputare. siue in iure canonico siue in iure ciuili. Teneantur ac debeant dare bidellis generalibus uniuersitatis solidos triginta bonon. argenti pro quolibet bidello si ipsi ac quilibet ipsorum continue, & usq; ad finem disputationis uel repetitionis ipsi disputationi uel repetitioni interfuerint, & bidelli uel aliquis ipsorum plus petere non audeant nec possint sub pena tantundem, & uidelicet triginta solidorum bonon. argenti pro qualibat uice. ¶ Et insuper statuimus & uolumusq; si contingat per collegiũ doctorum cum talibus scolaribus dispẽsari disputatione uel repetitione ab eis non facienda. Nihilominus prædictam quantitatem solidorum triginta bidellis soluere teneantur, ac debeant ut dictum est supra, & omni exceptione remota.

¶ In statuto posito sub rubrica ad quid teneantur scolares bononienses ciues. quando publicam assumere uolunt circa princ. ¶ Et in statuto posito sub rubrica de solutione facienda uniuersitati & doctoribus & bidellis & aliis per scolares doctorandos in. §. generali autem bidello, & sub rubrica pro expensis fiendis tam in publico quam in priuato examine. Quibus cauetur ꝙ scolares ciuis bonon. doctorandi teneantur & debeant dare bidellis generalibus unam uestem decentem & honestam uel pecuniam prout latius in eis.

HEc addimus & uolentes statuimus, prouidemus & ordinamus, propter lites controuersias & altercationes, quæ inter scolares graduandos & bidellos generales oriri possent. & oriebantur de conditione & qualitate uestis uel gabani quod si ipsi scolares ciues bononienses quando utrunque gradum doctoratus uel alterum tantum assumunt uellent bidellis generalibus dare uestem uel gabanum non autem pecuniam prout est in eorum electione, ut in dictis statutis latius prouisum est. Tunc ipsi teneantur & obligati sint, & grauentur dare & tradere uestem certam sex brachiorum panni lanæ francigenæ coloris rubei uel morelli de grana. prout etiam consuetum est inter doctores uniuersitatis bidellis generalibus, uel ducatos quatuor. Si in uno gradu tantum graduari & doctorari uolunt. Vel ducatos sex si in utroque gradu in hoc reseruata scolaribus electione, uel prædictam pecuniam soluere, uel uestem condictionis & qualitatis prædictæ præstare. Nec bidelli possint sub eadem pena periurii minus accipere, nec uestem alterius condictionis.

¶ In statuto posito sub rubrica de massariis

ADiungimus infrascripta ut indemnitati uniuersitati succurramus & ut occupantibus & rapientibus portiunculas & introitus vniuersitatis caute resistamus. Volumus mandamus, & statuendo disponimus, ꝙ quando scolares graduantur & gradum doctoratus assumere volunt. Ipsi bidelli generales vniuersitatis teneantur, & omnino recipere, & exigere debeant nomine vniuersitatis pecunias & portiones pertinentes ac debitas ipsi vniuersitati scolarium, hoc est lib. iii. bon. pro quolibet gradu doctoratus hac forma scilicet, ꝙ bidellus nationis vltramont. recipere & exigere debeat totam pecuniam vniuersitati debitam, quando scolaris vltramontanus graduandus est siue in vno. gradu. siue in utroque. Et bidellus nationis citramontanorum recipere, & exigere debeat totam pecuniam debitam vniuersitati, quando scolaris citramontanus graduabitur siue in vno gradu, siue in utroque. Et si scolaris ciuis bononiensis graduandus esset, tunc bidellus ultramontanorum petat & recipiat totam pecuniam debitam vniuersitati ratione gradus, & propter gradum iuris canonici, uidelicet libras tres bonon. & bidellus citramõtanorum petat & solum exigere debeat pecuniam vniuersitati debitam ratione gradus & propter gradũ iuris ciuilis, uidelicet lib. tres bonon. & tales pecunias nomine vniuersitatis a bidellis uel bidello sic receptas, uidelicet lib. tres bonon. pro quolibet gradu ipsi penitus teneantur, aggrauentur, ac astricti sint statim infra biduum præsentare & offerre massariis, uel massario vniuersitatis. Et si bidelli uel bidellus prædicta non obseruauerint, & prædictis contrafecerint ipso iure incidant in peuam periurii & librarum quinque pro qualibet uice. Si qui autem essent siue prior, siue alius doctor collegii uel notarius, uel bidellus collegii, uel quelibet alia persona, qui tales pecunias debitas uniuersitati recepissent, exegissent vel exigere tẽptassent a scolari, uel scolaribus graduãdis, & doctorandis. Tales qui recepissent, uel recipere tẽptassent puniantur pena periurii, & xx. lib. bon. pro quilibet uice. Et casu quo prædicti uel quilibet ipsorũ. s. prior uel alius doctor notarius uel bidellus collegii tales pecunias recepissent a scolare spõte soluẽre, uel ab alio noie ipsius statim teneãtur & debeãt infra biduũ dictas pecunias receptas ad uniuersitatem pertinentes offerre præsentare bidellis uel bidello uniuersitatis sub pena prædicta periurii, & lib. xx. bonon.

vt supra pro qualibet uice,& ipsi bidelli,uel bidellus omnino illam pecuniam sic oblatã recipere teneantur,uel non oblatam exigere ab eis,& petere debeant,& receptam, uel exactam statim infra biduũ vt supra,massario,uel massariis teneantur præsentare sub pœna periurii & quinque lib. bonon. pro qualibet. Et hæc omnia obseruentur non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus. Quæ pœnæ supra positę spectent,& pertineant corpori vniuersitatis.

¶ In statuto posito sub rubrica de immunitate rectorum incipiente Cassamus & annullamus in. §. Item pro honore &c. Hęc addimus,vt ibi inducta pro honore uniuersitatis & ad utilitatem Rectoris uel rectorum,uel uicerectoris, uel uicerectorum inuiolabiliter obseruentur.

VOlumus & statuimus ꝙ nullus siue prior siue notarius, uel bidellus collegii, siue quilibet alius non audeat nec præsumat pecuniam debitam,rectori,uel rectoribus, uel uicerectori, uel uicerectoribus occasione doctoratus scolarium,ut latius in dicto statuto cauetur, recipere,petere aut exigere aliqua uia uel modo sub pœna periurii, & librarum decem bonon. pro qualibet vice si contrafactum fuerit. Sed ipsi bidelli uel bidellus uniuersitatis, & quilibet pro rectore suæ uniuersitatis,uidelicet bidellus ultramontanus pro rectore,uel uicerectore ultramontano,& bidellus citramontanus pro rectore uel uicerectore citramontano debeant,teneantur & omnino obligati sint tales pecunias petere recipere,& exigere nomine Rectorum uel rectoris, uel uicerectoris, tam præsentium quam ex iusta uera causa absentium, a quacunque persona, ad cuius manus talis pecunia peruenisset & illas pecunias receptas seu exactas ipsi bidelli statim infra biduum a die receptionis teneantur ac debeant offerre,& præsentare & manualiter soluere ipsis rectoribus uel rectori, uel uicerectoribus, uel uicerectori, Quando rectores, uel rector uel uicerector uel uicerectores præsentes sunt. Si autem absentes sint statim infra biduum a die suæ præsentiæ & a die quo rectores,uel rector uel uicerector uel uicerectores reuersi fuerint. Nec vlterius differatur talis solutio sub pœna periurii & librarum decem pro qualibet uice quæ pœnæ suprapositę applicentur pro dimidia rectori, & pro alia dimidia uniuersitati.

¶ Statuto posito sub rubrica qui & quando debeant disputare & disputationibus adesse incipiente experto scientes. §. Et quod diximus ibi sub doctore &c. Et statuto posito sub rubrica de scolaribus disputantibus promouendis ad lecturas uniuersitatis, incipiente cum ad utilitatem &c.

¶ Hæc addimus.

NAm sepæ contingebat ac contingit ꝙ scolares disputare & repetere uolentes,ut lecturas uniuersitatis obtinerent,doctorem cathedrantem non reperiebant sub quo disputare possent.

Et ex hoc pluries eueniebat lecturas uniuersitatis uacare & adimpleri non posse. Idcirco huic prouidere uolentes. Statuimus ac ordinamus,ut scolares matriculati,& non aliter nec alias possint sub doctore cathedrante,& sine doctore cathedrante prout sibi usum erit repetere ac publice disputare in scolis publicis. Conclusiones, dubia,& sub alia forma in dicto statuto tradita. Et uigore talis disputationis & repetitionis prædicte obtineant,et obtinere possint lecturas uniuersitatis. Reliquis obseruatis in dicto statuto latius contentis.

¶ Prouisio Reuerendi domini Archidiaconi.

PRo honore huius uniuersitatis dignissime, necnon pro utilitate officii domini nostri archidiaconi in presenti Domini Antonii Galeatii de Bentiuolis Prothonotarii apostolici,& huius almi studii Cancellarii ac protectoris. Volentes indemnitati Archidiaconi ac eius officio summopere prouidere ne occasione scolarium non repetentium & doctorum ipsos scolares ad hoc non suadentium Archidiaconi conditio deterior existat quo ad salarium quod ipsi domino archidiacono deberetur si scolares repetentes ad gradum doctoratus assumpti hoc promoti fuissent ratione lecturarum uniuersitatis. ¶ Statuimus mandamus ac prouidemus quod deinceps ac in futurum dominus archidiaconus consequi percipere & habere debeat de omnibus lecturis uniuersitatis, & de qualibet ipsarum portiones, & salaria talia qualia sibi a scolaribus doctorandis & graduandis regulariter deberi sunt solita,ut habetur in statuto posito sub rubrica pro expensis fiendis tam in priuato quam in publico examine & illas portiones et salaria lecturarum uniuersitatis archidiaconus consequi debeat sicut consequeretur & habere deberet quando scolares disputantes uel repetentes omnes lecturas uniuersitatis occupassent. & ratione talium lecturarũ uniuersitatis ad gradum doctoratus peruenissent uel promoti fuissent. Quo casu tunc salaria integra omnium lecturarum uniuersitatis obtineret & consequeretur. Et ita nos uolumus (ut supra) non solum si scolares repetentes ac publice disputãtes omnes lecturas uniuersitatis occupassent, sed etiam si aliquas lecturas occupassent. & aliquas non,quia defecisset numerus disputantiũ vel repetẽtium quibus non possent omnes lecturę conferri ac distribui. ¶ Item etiã si nullus repetierit uel disputauerit. & per consequens nullæ lecturæ uniuersitatis collatæ, uel distributæ fuerint. & etiam si scolares impediti fuerint impedimento belli uel pestis uel aliæ iustæ causæ,omnia prædicta inuiolabiliter custodiantur & obseruentur,non obstantibus quibuscunq; in contrarium facientibus

¶ In statuto

¶ In statuto de aduocatis & sindicis in fine.

CVm nemo suis stipendiis pro aliis militare teneatur & annis proxime exactis sindico salarium suum quod & si minimum sit, non tamen opportune solutum fuerit. Volentes itaq; indemnitati sindici prouidere vt suum salarium consequi ualeat. Addimus & statuendo decernimus quod bidellus ultramontanus in uigilia natiuitatis domini,a massario ultramontanorum sex libras bonon. accipere & cõfestim ipsi sindico præsentare teneatur,& bidellus citramontanus in uigilia penthecostes alias sex libras bonon. a massario citramontanorum accipere & ab instanti,sindico soluere teneatur,adeo quod si per negligentiam uel bidelli uel massarii ista solutio impedita fuerit. Tunc is qui tali impedimento causam præstiterit,uniuersitati nostræ quindecim libras bononenorum soluere teneatur, & penam periurii ipso facto incurrat.

¶ In statuto de officio notarii & eius salario in. §. Adiicimus.

Ne notarius nostræ uniuersitatis (ut superioribus annis factum est) suo salario deinceps defraudetur addiciimus, & ea qua ad præsens præditi sumus autoritate statuimus quod bidellus ultramontanus a massariis eiusdem uniuersitatis in uigilia natiuitati. dñi libras bonon. accipere. & ea die notario nostræ uniuersitatis soluere teneatur,& citramontanus bidellus ab eiusdem uniuersitatis massario in uigilia penthecostes alias libras. bonon. accipere & immediate notario prædicto soluere teneatur sub pena quod is qui in illa solutione officium suum neglexerit periurii penam incidat & uniuersitati nostræ libras soluere teneatur.

¶ In statuto posito sub rubrica qui & quãdo debeant disputare & disputationibus adesse.

DEclarantes addiderũt statuer untq; ꝙ omnes scolares nostræ vniuersitatis tam vltramontani quam citramontani causa lecturarum vniuersitatis disputare aut repetere volentes, secũdum formam statutorum teneantur bidellis generalibus pro eorum labore soluere ducatum vnum auri, videlicet dimidium vltramõtano bidello,& tantundẽ citramontano. si ipsi bidelli,uel quilibet ipsorũ continue & vsq; ad finẽ disputationis, vel repetitionis ipsi disputationi, vel repetitioni interfuerint. Et bidelli vel aliquis ipsorum plus petere non audeant nec possint sub pœna tantundem, videlicet trigintaquinque solidorum bonon. argenti pro qualibet uice,& si cõtigerit,ꝙ tales scolares noluerint soluere dictis bidellis prefatum ducatum auri, nolumus ipsos scolares ullo pacto admitti ad talem lecturã seu tales lecturas sub pœna periurii domino Rectori.

¶ In statuto posito sub rubrica de uestibus scolarium.

QUoniam nouiter orta fuerit controuersia inter bidellos generales nostræ uniuersitatis & bidellum collegiorum dominorum doctorum iuris ciuilis & canonici propter cappas & & caputia dominorum scolarium almi collegii hyspanorum doctorari uolentium. Volentes talem sedare discordiam inter dictos bidellos declaramus statuimus & ordinamus quod qui libet scolaris hispanus siue ultramontanus deferens cappam & caputium quando doctoratus gradum assumere uoluerit teneatur & debeat talem cappam & caputium tradere bidello nostro ultramontano,& non bidello collegiorum dominorum doctorum,& si citramontanus fuerit,teneatur bidello citramontano sub pena periurii scolari aliter facienti & librarum trium bonon. bidello collegii dominorum doctorum tales cappas & caputia petenti.

¶ In statuto posito sub rubrica de solutione facienda ubi incipit. Cum in omnibus rebus agendis.

ET quoniam nonnulli scolares nostrę uniuersitatis doctorari cupientes tam ultramontani quã citramontani consueuerunt in scholis per bidellos publicari facere ac per eosdem bidellos ortari ac precari dominos doctores & scolares, ut qua die doctorandi sunt velint eos comitari a templo sancti Petri usque ad domum ipsorum scolarium doctorandorum. Statuimus & ordinamus ꝙ pro dicta publicatione,& labore dictorum bidellorum etiam sceptrum gestantium talis doctorãdus scolaris teneatur & debeat soluere ducatum unum auri dictis bidellis hoc modo uidelicet,si scolaris doctorandus ultramontanus fuerit soluat bidello ultramontano libras duas solidosq; septem bonon. Et bidello citramontano libram unã & solidos tres bonon. et si scolaris citramontanus fuerit soluat bidello citramontano libras duas et solidos septem bonon. et bidello ultramontano libram unam et solidos tres ad rationem ducati unius auri sub pœna talibus scolaribus doctorandis librarum sex bonon. aliter facientibus.

¶ Præterea addimus ordinamus & statuimus quod si quis scolaris siue ultramontanus siue citramontanus ad gradū doctoratus promoueretur amore Dei, vel instātia alicuius prelati principis uel nobilis cuiuscunque conditionis, teneatur & debeat bidellis nostris soluere libras quatuor bonon. hoc modo, uidelicet si ultramontanus fuerit soluat bidello ultramontano libras tres bon. & quartam bidello citramōtano, Et si scolaris doctorandus citramon. fuerit soluat citramontano bidello libras tres bonon. & quartam bidello ultramontano. Sub pena domino Rectori librarū quatuor bon. & periurii talem scolarē ad doctoratus gradum admitenti. ¶ Item statuimus & ordinamus quod quando aliquis scolaris doctoratus fuerit pro dimidia parte salarii, aut pro integro salario ad certum tempus, data tamen prius fideiussione quod talis fideiussio debeat tantum modo fieri apud dominum Massarium nostræ uniuersitatis, & dicta exactio debeat solum modo fieri per eundem massarium de pecuniis uniuersitatis, & aliorum officialium Sub pena librarum decem bonon. domino Rectori talia admittenti atque aliter facienti.

¶ Quod scolares Collegiati in Collegio Sancti Clementis scolarium Hyspanorum in ciuitate Bononiæ Cum cæteris non Collegiatis Concurrentibus ad officium Rectoratus admitti possint.

IN NOMINE DOMINI AMEN

NOs Marcus Vigerius de Ruuere Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus Senogalien. in inclyta Ciuitate Bononiæ pro. S.R.E. & pro Sanctissimo. D.N.D. Paulo diuina prouidentia papa Tertio Gubernator generalis & iudex specialis & Cōmissarius ad infrascripta deputatus a prælibato Sanctiss. D.N. Papa Vigore literarū nobis transmissarū p Reuerendissimum D.D. Vicecancellarium Appostolicum & præsentatarum Per Rectorem & consiliarios Collegii Scholarium Hyspanorum fundati in Ciuitate Bono. & de quibus in actis Notarii infrascripti. Visis dictis literis & omnibus & singulis in eis contentis, & commissione nobis in eisdem literis facta ad iniuncta, & audita petitione coram nobis uerbo tenus facta per dictum Rectorem & consiliarios Collegii prædicti & illa diligenter considerata & uisis tam constitutionib. Collegii prædicti quam statutis scholarium iuristarum studii Bonon. nobis exhibitis & illis diligenter inspectis & consideratis, & habita per nos informatione quēadmodum & prout alias sępius scolares collegii, & ibi collegiati, fuerunt electi & admissi rectores vniuersitatis in dicto Gymnasio, & cōmunicato coloquio cum duobus prouectioribus de dicto studio iuxta tenorem literarum & habita relatione ab eisdem super prędictis, & uisis & consideratis omnibus videndis quæ in prædictis, & circa ea videnda, & considerāda fuerunt, & visa instantia per dictum Rectorem, & consiliarios apud nos facta de proferendo hanc nostram sententiā super prædictis declarando, Christi eiusq; gloriosimæ matris Mariæ virginis in his & cæteris semper inuocatis pro præsidio, Talem declarationem facimus, & sententiam damus super prędictis in hunc modū & formā &c. Quia constat nobis per colloquium per nos habitum simul cum eccellentissimis doctoribus D. Andrea Alciato, & D. Augustino Beroo in gymnasio ciuit. bonon. profitentibus, tam pro executione literarum Reuerendisimi D.D. Cardinalis Farnesii, nuncupati cancellarii Sanctiss. D. N. Papę quā ex officio nostro & auctoritate, quafungimur in dicta ciuitate bonon. statutū vniuersitatis scolarium gymnasii prędicti requirens scholares non admitti debere ad rectoratū in gymnasio antedicto nisi illos qui cōtinue suis expensis propriis vixerint in ciuitate & in studio prædictis non trahi ad scolares collegiatos in sacro collegio scolarium Hyspanorum in ciuitate bon. per olim Reuerendisimum D.D. Egidium Albornozium Cardinalem fundato, nec eos excludere quominus elligi possint ad dictam dignitatem rectoratus. Ideo dicimus, pronuntiamus, declaramus dictum statutum non excludere dictos scolares collegiatos in dicto collegio, quominus possint admitti ad officium Rectoratus in dicto gymnasio sicuti pro temporib. præteritis, vt ex relatione fidedignorum nobis constat multoties admisi fuerunt, mandantes præsentem nostrā declarationem inseri debere in statutis dictæ vniuersitatis, ad hoc ne aliquis de prędictis vllam prętendere valeat ignorantiam, & ita dicimus, pronutiamus, declaramus, & mandamus, omni meliori modo &c.

¶ Lecta, lata, & promulgata fuit suprascripta sententia & declaratio per suprascriptum Roueren dissimum D. Gubernatorem in palatio, & in sala eius solitę audientię & residentię existente in ciuitate bonon. prędentib. ibidem nobilissimo D. Frāciſco Villanoua Hyspano Rectore dignissimo Collegii prędicti, & prędicta, nomine omnium scholarium Collegii prędicti omnia acceptāte, & gratias infinitas agente. Necnon prędentib. ibidem Ser Hannibale de cultello Causidico bonon. & Hannibale de Guidottis, ac nobili domino Co. Ludouico Bentiuolo patritio bonon. Testlib. omnib. ad prędicta, vocatis & adhibitis, sub annis a natiuitate eiusdem D. N. Iesu Christi M D XXXIX. inditione xii. Die autem xiiii. Aprilis tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papę tertii.

Ego

Ego Hieronymus beluisius publicus apostolica, & Imperiali ac cōmunis Bonon. auctoritatibus notarius & in præsentiarum vniuersitatis nobilium DD. scolarium Iuristarū almi Bonon. Gymnasij tabelio & scriba, de suprascriptæ sententiæ prolatione rogatus fui & in hanc publicam & autenticam formam redigi iussi & curaui, In quorum fidem hic me subscripsi, signum nomenque meum consuetum tabelionatus apposui.

¶ Quod Rectores Collegij Sancti Clementis scolarium Hispanorum in ciuitate Bonon. obtineant primum locum immediate post Rectores Iuristarum & Artistarum.

PAVLVS PAPA III.

AD futuram rei memoriam. Ad Roman. Pontificis circumspectionem prouidam spectare dignoscitur dubitationes ex quibus quæstiones & lites inter Christi fideles, præsertim literarum studio incumbentes emergunt, suæ declarationis oraculo terminare prout qualitate negotiorum & temporum conditione inspectis, conspicit in Domino salubriter expedire. Exponi nobis nuper fecerunt, Dilecti filij Rector & scolares collegii Hispanorum nuncupati Bononien. quōd licet postquam olim bo. me. Daniel Episcopus cōcordien. tunc thesaurarius fœ. recor. Eugenij papæ. iiij. prædecessoris nostri, & Ciuitatis nostræ Bonon. cum plena legati de latere facultate Gubernator, cupiens lites & contentiones quæ inter Iuristarum, & Artistarum tunc vniuersitatis studij Bononien. Rectores quæ per ipsos Rectores regi & gubernari consueuit, Necnon dicti collegij Rectores super iure præcedentiæ in concessu tam sedendo & stando, q̄ incedendo alijsque scholasticis actibus & forsan aliis antelationum prerogatiuis tunc expresis vigebant, concordare ac scandalis quæ inde forsan pro tempore euenire possent, obuiare. Quod tunc & pro tempore existens dicti collegij Rector in consessu processionibus itinerationе, alijsque actibus scolasticis immediate post Rectores Iuristarum & Artistarum huiusmodi primum & honorabiliorem locū habere deberet, decreuerat, statuerat, & ordinauerat. Idq; in libris statutorum dictæ vniuersitatis describi, & annotari mandauerat. Et deinde cum non nulli Episcopi vel electi in dicta vniuersitate studentes quōd in consessu processionibus, itinerationе, aliisq; scolasticis actibus huiusmodi Rectorem dicti collegij qui de consuetudine iuxta formam Decreti statuti & ordinationis prædictorum in possessione vel quasi iuris sedēdi, standi, & incedendi in processionibus, & alijs actibus scolasticis immediate post Rectores Iuristarum & Artistarum huiusmodi habere deberent, prætendercnt (Rectore dicti collegij, contrarium ex aduerso nihilominus replicante) ortaq; propterea inter Episcopos vel electos ex vna & Rectorem collegij huiusmodi super præmissis & illorum occasione materia quæstionis partibus exorta. Dilecti filij Magistratus quadraginta Reformatorum communis dictæ ciuitatis ad tollen. posteriores litem & contentiones huiusmodi, de consilio, consensu, & voluntate tunc vicelegati dictæ ciuitatis per eorum sententiam decreuerant, & declarauerant, quod Rector pro tempore existens dicti collegii, quoscunq; Episcopos etiā in habitu episcopali incedentes non consecratos ac etiam consecratos in habitu huiusmodi non incedentes, in omnibus actibus scolasticis prædictis præcedere deberet, ab eo tempore citra Rectores dicti collegii, qui pro tempore fuerunt, in consessu, processionibus, itinerationе, & aliis scolasticis actibus huiusmodi post Rectores Iuristarum, & Artistarum immediate primum locum tenendo, quoscūque Episcopos etiam in habitu Episcopali incedentes non consecratos & etiam consecratos in habitu huiusmodi non incedentes pręcedere consueuerint, fuerintq; ex tunc in possessione vel quasi iuris tenendi & habendi in eisdem actibus scolasticis primum locum immediate post ipsos Rectores, Iuristarum & Artistarum ac vtendi & fruendi præcedentia & aliis antelationum prærogatiuis huiusmodi. Quia tamen pro eo quod in statuto decreto & ordinatione ac sententia prædictis nulla de Archiepiscopis, vel electis in Archiepiscopos extitit facta mētio dubitat modernus Rector dicti collegii se ab ipsis electis in Archiepiscopos nō consecratis in actibus scolasticis huiusmodi, prędi, pro parte Rectoris & scolarium dicti collegii nobis fuit humiliter supplicatum vt sibi super his opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui circa præmissa inter Episcopos & Archiepiscopos seu electos etiam confirmatos non tamen consecratos eadem subsistente ratione minime distinguendum fore arbitramur literarum & sentētiæ prędictarum tenores & formas præsentibus pro expresis habentes Dubitationemq; prædictam submouere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Rectorem dicti collegij nunc & pro tempore existentem etiam quoscunq; Archiepiscopos etiam Archiepiscopali habitu incedentes non consecratos & etiam consecratos in habitu huiusmodi non incedentes in actibus scolasticis huiusmodi præcedere posse & debere, irritum quoq; & innane si secus super his à quoq; quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, per præsentes decernimus & declaramus.

Quo circa venerabili fratri Episcopo Casertanen. & dilectis filijs priori monasterij per priorem soliti gubernari Sancti Michaelis in bosco prope & extra muros Bononien. ac vicario venerabi-

lis

lis fratris Episcopi Bononien. in spiritualibus generali per easdem presentes committimus & mãdamus. Quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios, Rectori & scolaribus dicti collegij in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eos præsentibus literis & in eis contentis quibuscunq; pacifice frui & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunq; quomodolibet molestari, impediri, vel perturbari, contradictores per censuras ecclesiasticas & alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescẽdo, ac censuras ipsas in eos etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis & literis apostolicis, sub quacunq; verborum forma etiam motu proprio concessis confirmatis & inuocatis. Quibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dun taxat specialiter & expresse derogamus cæterisq; contrariis quibuscunq; aut si aliquibus cõmuniter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari nõ possint per literas apostõlicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die. 24. Martii. M D X X X I X. Pont. Nostri Anno Quinto.

Blosius.

¶ Tempore sanctissimi domini nostri domini Pauli, diuina prouidentia Papæ, Tertij, Carolo quinto Imperatore Hyspaniarum Rege nec non Alphonso, de Gueuara nobili hyspano in Academia almi Iuristarũ gymnasii Bononiẽ. fœliciter imperante sub anno domini. M D X X X I X.

EGo Hieronymus beluisius nobilium DD. scolarium Iuristarum studij prædicti scriba, supra scriptum exemplatum breue, in presenti volumine de suprascripti magnifici DD. Rectoris iussu scribi feci, quo cum originali autentico concordare inuẽto, hic me subscripsi in fidem omnium præmissorum.

¶ De pecuniis scolaribus soluendis per hæbreos pro baccanalibus carnispriuii.

IN nomine domini amen, Anno eiusdem natiuitatis millesimo quinquagesimo, vigesimo primo indictione nona die decima quarta mensis Ianuarii pontificatus in Christo patris & domini nostri domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi.

¶ Vniuersis & singulis præsentis publici instrumenti seriem inspecturis pariter & lecturis, notũ sit & pateat euidenter, qualiter Reuerẽdissimus in Christo pater & dominus dominus Bernardus rubeus dei, & apostolicæ sedis gratia Episcopus Taruisinus ac bercetti comes, Bonon. &c. Vicelegatus, ac totius prouinciæ Romandiolæ præsidens, Sciens & notitiam habens per tempora retroacta & in præsentiarum, fuisse & esse altercationes, & discordias per et inter dominos scolares studii ciuitatis Bonon. tam Iuristas q̃ Artistas ex vna, & hębreos fœnerantes ac bãcha fœneratitia retinentes In Ciuitate Bonon. & massarolum hebreum eiusdem Ciuitatis, ex altera super solutionibus annuatim fiendis per dictos hębreos & massarolum dictis dominis scolaribns tempore carnispriuii pro bachanalibus fiendis. Volens nanq; ex ipsius mero officio dictis altercationibus & discordiis finem imponere, & ne in futurum aliqua contingãt oriri scandala inter dictos scolares & hębreos ante dictos super huiusmodi solutionibus per eos faciendis. Quapropter idem Reuerẽdissimus. D. Vicelegatus declarauit voluit & mandauit ac ipsos hębreos & massarolũ condẽnauit ad dandum & soluendum singulo anno tempore carnispriuii eisdem dominis scolaribus iuristis ducatos viginti septem ad rationem librarum trium & solid. decem pro quolibet & singulo ducato. Et dominis scolaribus artistis libras septuaginta bon. moner. cur. pro dictis bachanalibus fiendis & ꝙ vlterius & in futurum non augeatur nec augeri possint dicte quãtitates pecuniarum sic annuatim soluendarum eisdem dominis scolaribus pro dictis bachanalibus fiendis. Presente magnificentissimo domino Rectore Iuristarum, & prędicta acceptante & ad eius petitionem & instantiam. Necnon presentibus Leone quondã Venturę, & Salamone dicto Turchetto hębreis. Et suprascriptis declarationi & condemnationi non contradicentibus: Mandans prefatus Reuerendissimus D. Vicelegatus rogante prefato domino Rectore mihi not. infrascripto vt de præmissis publicum conficere deberem documentum.

¶ Acta fuerunt, hęc omnia bon. in palatio prefati Reuerendissimi. D. Vicelegati in atrio salotti in quo idem Reuerendissimus. D. Vicelegatus commedit presentibus ibidem Ser Tydeo frontis ciue & not. bon. & Andrea de longis bidello vniuersitatis legistarum testibus ad premissa vocatis & adhibitis.

¶ Ego laurentius quondam egregii viri Ser Francisci de matheseilanis cinis bon. publicus apostolica

stolica imperiali cõmunisq; Bon. auctoritatibus not. suprascripta omnia & singula prout in notis & rogationibus suprascripti quondam patris mei inueni, & omnia & singula vigore specialis facultatis per statutum ciuitatis Bon. in hac parte mihi concessæ redegi & in hanc publicam & auctenticam formam confeci, manu mea propria scripsi signoq; & nomine meis appositis consuetis: in præmissorum fidem & testimonium.

¶ Millesimo quingentesimo quadragesimo die vigesimo octauo mensis maii suprascriptum instrumentum præsentatum fuit mihi Scipioni de salimbenis superstiti regist. bon. &c.

Idem Scipio.

¶ Ego Iohannes Thomas manzolinus notarius officio registri pro presenti anno. 1540. suprascriptum instrumentum in meo registro registraui, & cum infrascripto notario auscultaui, & cõcordare inuento hic me subscripsi.

¶ Ego Paris de Blanchetis notarius dicti officij suprascriptum instrumentum cum suprascripto notario auscultaui quo inuento concordare hic me subscripsi. &c.

IN Christi, nomine amen, vniuersis & singulis fidem facio & attestor ego Ieronymus olim probi viri ser Marciantonii beluisii filius publicus apostolica, & imperiali ac communis Bonon. auctoritatibus notarius & de presenti vtriusq; vniuersitatis scolarium Iuristarum gymnasii bonõ. scriba & tabelio qualiter retroscriptum exemplum retroscriptarum literarum siue indulti apostolici per sanctissimum dominum nostrum. D. Paulum tertium pontificem maximum, dictę vniuersitati concessum sub data Romæ apud sanctum Marcum sub anulo piscatoris die. 4. Augusti. 1544. anno decimo fuit & est extractum transumptum & exemplatum ab eius autentico præsentato dictæ vniuersitati vere & fideliter de mandato magnifici dñi D. Rectoris, & consiliariorum vniuersitatis prædictę & per me Ieronymum notarium antedictum visum lectum collationatum & auscultatum & quia cum autentico prædicto illud concordare inueni ideo hic me subscripsi signum nomenq; meum consuetum aposui requisitus.

¶ Quarum quidem literarum siue indulti tenor & series retroscriptum est manu aliena videlicet

¶ Priullegium nouiter concessum vniuersitati scolarium Iuristarum studii Bonon. per sanctissimum D.N.D. Paulum Papam Tertium, videlicet intus.

PAVLVS PAPA III.

DIlecti filii salutem & apostolicam ben. exponi nobis nuper fecerũt dilecti filii Fabius de aueroldis præpositus ecclesiæ sanctorum Nazarii & Celsi brixien. Rector vtriusq; vniuersitatis citramon. videlicet & vltramon. doctorum & scolariorum studii vestri, & Georgius Mehl canonicus vvladis lauien. & procurator germanicæ, & illius, ac Lactantius de claris ciuis brixien. mediolan. nationum consiliarii, nuntii vestri ad nos super hoc destinati. Quod licet diuersi Roman. Pontifices prædecessores nostri, & sedis apostolicę in ciuitate nostra Bonon. pro tempore Legati de latere, ac eorum vicelegati, necnon ipsius ciuitatis Gubernator, ac illius antiani consules ac vexilifer iustitię, necnon regimini eiusdem ciuitatis pro tempore presidentes respectiue vobis diuersa priuilegia, indulta, gratias, & facultates concesserint seu statuta super premissis & diuersis aliis per vos edita approbauerint, & confirmauerint. Nihilominus vos cupitis premissa omnia vt vberiorem obtineant roboris firmitatem nostrę approbationis munimine roborari. Quare idem Fabius Rector & Georgius ac Lactantius consiliarii & nuntii, nobis humiliter supplicari fecerunt vt prędictis omnibus & singulis vobis priuilegiis concessis, & concessionibus approbationis prędictę robur adiicere, ac alias in premissis opportune de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui literarum studij vacantes paterno affectu prosequimur huiusmodi supplicationibus inclinati supradicta & quæcunq; alia priuilegia, Indulta gratias & facultates ac cõcessiones tam apostolica q̃ ordinaria & quauis alia etiam seculari auctoritatibus vobis vestrisque personis & bonis concessa seu legitime præscripta consuetudine etiam si non sint in vsu(necnon statuta & ordinationes per vos hactenus edita, & in posterum edenda, & per eundem Fabium Rectorem, seu alios pro tempore existentes vna cum octo scolaribus ex vobis quatuor videlicet citramontanis, & quatuor vltramon. ad hoc à vobis deputandis, reforman. corrigen. & emenden. & resecan. Quorum omnium tenores perinde, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserti forent præsentibus haberi volumus pro expressis, si alias licita & honesta, & sacris canonibus nõ contraria apostolica auctoritate tenore præsentium ex certa scientia approbamus & cõfirmamus ac illis perpetue firmitatis robur adijcimus, eaq; per modernos & pro tempore existentes nostrũ & dictę sedis in eadem ciuitate Legatum & eius vicelegatum, ac ipsius ciuitatis Gubernatorem, necnon Antianos & vexiliferum ac quadraginta viros regimini prædictę ciuitatis præsidentes, & alios ad quos spectat inuiolabiliter obseruari debere vobisq; & vestris pro tempore existẽtibus

Rectoribus

Rectoribus & ſindico ſuffragari, ſicq; per quoſcunq; iudices quauis auctoritate fungentes ſublata eis & eorum cuilibet iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, necnon quicquid ſecus ſuper his à quocunq; qua vis auctoritate ſcienter vel ignoranter cõtigerit attentari irritum & inane decernimus. Supplentes omnes & ſingulos iuris & facti defectus ſi qui forſan in priuilegijs indultis gratijs, facultatibus & conceſsionibus, ac editis & edẽdis, ſtatutis & ordinationibus prædictis interuenerint. Ac inſuper eiſdem priuilegijs, indultis gratiijs facultatibus & ſtatutis in aliqua parte inherentes vobis ꝙ de cætero cauſę ciuiles aut cum aliquis veſtrum à ciue conuenitur, ſeu criminales in quibus ad ſanguinis pœnam deueniri non poteſt in ter duntaxat vertentes per Rectores pro tempore exiſtentes huiuſmodi in prima inſtãtia cogno ſci decidi, & terminari poſsint & debeant, nec ꝑ Gubernatorẽ dicte ciuitatis pro tẽpore exiſtentẽ huiuſmodi in prima inſtantia, cognoſci, decidi, & terminari poſsint & debeant, nec Gubernator dictæ ciuitatis pro tempore exiſtens ſeu officiales quoquomodo de dictis veſtris cauſis niſi per viam appellationis ſeu grauamẽnis, aut denegatę iuſtitiæ vel ſi contra ſuſpectos de fuga ſeu alias executiue procederetur ſe intromittere valeant, Quodq; Prætores ſeu poteſtates ipſius ciuitatis quotiens per dictos Rectores requiſiti fuerint eiſdem in hijs quæ ad eorum officium pertinere di gnoſcentur, auxilium, conſilium & fauorem preſtare ac ſententias eorundem Rectorum & aliorũ quorumcunq; officialium veſtrorum debite executioni demandare, necnon ſcolaribus contra ciuem vel quemlibet alium agentem iuſtitiam expeditam quantum fieri poterit admiuiſtrare, & hæc omnia in principio eorum officij iurare tenebuntur. ¶ Ac ꝙ Sindicus generalis in vniuerſitate congregata ſemper à latere dextro Rectoris ſedere, & in exequijs mortuorum & alijs quibuſcũque comitiuis ſcolaſticis cum vltimis doctoribus adiunctus eſſe debeat, ipſeq; Sindicus per ſe & famulum ſi eum habuerit ac conſiliarij veſtri omneſq; veri & non ficti familiares Rectoris ac notarius & bidelli veſtri cum dicti Rectoris licentia in ſcriptis redacta die, noctuq; arma deffenſiua & offenſiua honeſta libere deferre poſsint. ¶ Quodq; omnes & ſinguli ſcolares forenſes in dicta ciuitate cuiuis facultati pro tempore ſtudentes eorumq; res & bona tam per eos q̃ alios eorũ nomine ad dictam ciuitatem aducta, Dummodo ad eos omnino pertinere & pro ipſorum vſu eſſe, medio eorum iuramento affirmetur, a ſolutione cuiuſuis eiuſdem ciuitatis gabellę preterq̃ ratione ſubſidij trecentorum millium ducatorum per nos nouiſsime impoſitis libera & immunia ſint & eſſe cenſeatur, & extra dictã ciuitatem ad eorum libitum aſportare & aſportari facere poſsint. ¶ Necnon ſex lecturę ſtudij veſtri centum librarum habentes mon. Bon. iuxta dictorum priuilegiorum, indultorum, gratiarum, facultatum & ſtatutorum formam diſtribuantur perpetuo, cõcedimus & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinat. apoſtolicis ac dictæ ciuitatis & alijs veſtris, etiam iuramento confirmatione apoſtolica vel qua vis firmitate alias roboratis ſtatutis & conſuetudinibus priuilegijs quoq; indultis & literis apoſtolicis per quoſcũq; Roman. pontifices prædeceſſores noſtros ac nos & ſedem prædictam quibus vis perſonis etiam Rectori et ſcolaribus collegij Hiſpanorum nuncupati Bonon. ſub quibuſcunq; tenoribus & formis ac cum quibus vis etiam derogatoriorum & derogatorijs alijſq; efficatioribus & inſolitis clauſulis irritã tibuſq; & alijs decretis quomodolibet conceſsis confirmatis & innouatis etiam ſi in eis caueatur expreſſe Rectorem collegii huiuſmodi quoſcunq; etiam Archiepiſcopos in actibus ſcolaſticis p̃cedere debere quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa & indiuidua ac de verbo ad uerbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſsio habenda aut aliqua expreſsio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſeruata iuſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus cæteriſq; contrariis quibuſcunque, Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo piſcatoris. Die. 4 Auguſti. M D X L I I I I. Pontificatus noſtri anno decimo.

Bloſius

Atergo. Dilectis filijs vniuerſitati tam citramon. q̃ vltramon. doctorum & ſcolarium ſtudii generalis ciuitatis noſtræ Bonon.

NOuerint vniuerſi præſentis publi. inſtrumenti ſeriem inſpecturi qualiter ſub die decimo nono mẽſis Nouembris anni proximæ præteriti Magnificus et Nobiliſsimus vir Dominus Ferdinanduus Brauo Hiſpanus huius almę accademię Rector cunctos vtriuſq; vniuerſitatis conſiliarios conuocari fecit qui publice vtilitati ordinare decreuerunt ſeruata tamen forma requiſita circa electionem Reformatorum, electi enim fuerunt pro nobiliſsima. DD. Vltramontanorum vniuerſitate nobiles ac do ctiſsimi viri Dominus Iuuo perſonaldus Dominus Michael Rauaſten. Dominus Chriſtophorus Arnoldus Dominus Albertus Ayſanut vtriuſque iuris ſcolares; Et pro nobiliſsima DD. citramontanorum electi fuerunt Spectabiles et doctiſſimi viri Dominus Io Baptiſta Mapheus. Dominus Io, Baptiſta Turchus Dominus Luceus Gadaldus et Dominus Andreas

Andreas Romanſolus ſcholares etiam vtriuſque iuris qui quidem viri ſcientia & moribus præſtantes poſsint ſtatuta vtriuſque vniuerſitatis interpretari declarare augere diminuere & alia de nouo facere ſecundum quod eorum animis & voluntatibus Dei auxilium præſtiterit qui omnes congregati pariter cum præfato Magnifico Domino Rectore infraſcripta condiderunt.

¶ De diſputationibus ſcholarium publice faciendis ac de forma in ipſis ſeruanda.

MOdum dantes in publicis ſcholariuꝫ diſputationibus ſancimus & ordinamus nullum ſcolarem cuiuſcunque conditionis ſit, abſque conſenſu Magnifici Rectoris publice diſputare poſſe, in qua publica diſputatione talis ordo ſeruetur vt diſputans ſex ex conſiliarijs eligere teneatur qui ſuis poſitionibus opponant quorum tres vltramontani ſint, tres autem citramõtani, ſi vero conſiliarius à diſputante requiſitus argumentari recuſauerit poſsit ſi libuerit alium conſiliarium ſuę nationis ad hoc munus deſtinare, quod ſi non fecerit integra facultas, eligendi quem ex eadem natione libuerit, diſputanti remaneat, Item volumus ex priuilegio ſpeciali noſtra que mera voluntate ciuibus Bonon. conceſſo vt vnus huius celeberrime ciuitatis ciuis ac ſcholaris in publicis diſputationibus admittatur inter quos in argumentis proponendis ſequens ordo obſeruetur, habendo conſiderationem à remotioribus ſecundum conſuetudinem hucuſque obſeruatam, Primo Magnificus Dominus Rector prædictę noſtræ vniuerſitatis argumentetur, poſt Magnificum Dominum Rectorem immediate ſpecialiter priuilegiati iuxta ordinem ſuorum priuilegiorum. Secundo loco pro natione Hyſpanus intelligendo hyſpanum vnum ex hijs nationibus .ſ. Caſtella largo ſumpto nomine Portugalia Nauaren. Aragonen. Valentia & Catalonia. Tertio loco pro natione Germanorum ſeu Allemanorum argumentabitur Germanus ſeu Allemanus intelligendo vnum ex hijs nationibus ſcilicet Allemanorum ſeu Germanorum, Vngarorum, Polonorum, Boemorum, Anglicorum & Flandrenſium, & hoc intelligatur ſi argumentans non ſit Germanicę nationis procurator tunc enim volumus vt hyſpano præferatur. Quarto loco pro natione Galicana argumentabitur Gallus intelligendo gallum ex vna harum nationum ſcilicet Gallicana, Burgundia, Sabacidia, Bicturia, Vaſconia, Turinenſi. Quinto loco pro natione Romana argumẽtabitur Romanus intelligẽdo Romanũ vnũ ex hiis nationibus, ſcilicet romanorũ, nationis Abrutii & terræ laboris, Apuliæ & Calabriæ, Marchię inſuperioris & iterioris & tocius inſulæ Scicilie. Sexto loco pro natione Tuſcorum argumentabitur Tuſcus intelligendo Tuſcum vnum ex his nationibus, ſcilicet Florentinæ, Piſanæ, Lucanæ, romandiole, Senenſis Ducatus, rauenatus & Venetorum. Septimo loco pro natione Lombardorum argumentabitur Lombardus intelligendo Lombardum vnum ex hiis nationibus ſcilicet Ianueuſium, Mediolanenſium, Theſolonicorum, Longobardorum & Celeſtinorum. Vltimo loco argumentabitur Bonon. quæ omnia voluerunt firmitatem habere omni meliori modo non oſtantibus quibuſcunque in contrarium diſponentibus. ¶ Acta fuerunt ſupraſcripta in ſacro collegio prædicto & camara præfacti Magnifici Domini Rectoris Bonon. præſentibus Antonio dictæ vniuerſitatis bidello & Ambroſio præfati Magnifici Rectoris famulo teſtibus ad prædicta adhibitis & vocatis.

¶ Die vigeſima quarta Aprilis. M D L.

EGo Notarius infraſcriptus impræſentia Maguifici Domini Rectoris & nobilis Domini Martini de Auclaneda vtriuſque vniuerſitatis ſcholarium iuriſtarum ſindici, ſupraſcriptum modum DD. ſcholaſticis dictæ vniuerſitatis exiſtentibus congregatis de mandato dicti Magnifici Domini Rectoris in eccleſia diui Dominici & loco ſolitæ congregationis viua voce intimaui publicaui & notificaui præſentibus Antonio & Hieronimo dictæ vniuerſitatis bidellis teſtibus ad hæc vocatis & requiſitis.

¶ Ego Hieronymus olim Ser Marciantonij beluiſii filius publicus apoſtolica & imperiali ac cõmunis Bonon. auctoritatibus notarius & vtiuſque vniuerſitatis ſcholarium iuriſtarum ſtudii bonon. ſcriba, quia prædictis interfui & de illis rogatus fui ac ea publicaui in omnibus & per omnia vt ſupra Ideo hic me ſubſcripſi, ſignum nomenque meum conſuetum apoſui requiſitus.

N præfatio

QVauquam per ſtatuentes iam fuerit prouiſum, ꝙ ſex lecturę vniuerſitatis per Rectorem & Conſiliarios ſcholaribus eiuſdem quadam forma diſtribuerentur. Quoniam tamen ob longum temporis ſpatium lecturę ipſe â maioribus Ciuitatis Bonon. vniuerſitati fuerunt interdictę, quod in maximum dedecus & ignominiam vniuerſitati redundat, preſertim cum eius ſint partes illas diſpenſare. Dignum cogitauimus, ꝙ Rectores in officio exiſten. quid pro honore ſuo facerent, atque vtilitati & commodo vniuerſitatis proſpicerent, vt quod opus eſt, id ab ipſis minime ſit deſpiciendum, quod & ab alijs factum videmus. Nolens itaque Magnificus ac Reuetendiſsimus Dominus Cęſar Andena Laudenſis huius Almę Bononien. Accademie Rector profecto digniſsimus, à veteri antiquorum inſtituto deuiare, ſed (vt decet) illorum veſtigia ſequi; Statuit totis ſuis viribus huic vniuerſitati in aliquo prouidere, vt omnes facile ſentiant, eius animum ad lecturarum vniuerſitatis reſtaurationem potiſsimum tendere. Etenim nulla iuris ratio, aut ęquitatis obſeruantia patitur, vt, quę ſalubriter pro communi omnium vtilitate introducta ſunt, ea contra ipſorum commodum in futurum producere, aut quoquomodo mutare debeant. Quare, ne per negligentiam iura & conſuetudines vniuerſitatis hactenus non ſeruatas, diutius deperire permittatur, Deo propitio, & eius induſtria cooperante, acriter elaborando, gratia conſequendi honoris, ipſarum lecturarum reſtitutionem, à maioribus ipſis eſt conſecutus. Vt igitur tempore earum diſtributionis decetero dubitandi ſcrupulum non oriatur, fraudeſque doli multaque alia compoſitionum genera, quę vere apud nos ventilari poſſent, vtque recto tramite in re ipſa procedatur, hęc, quę ſequuntur ędidit capitula, vt tempore congruo in diſtributione ipſa, talis ordo ſeruetur.

De modo & forma eligendi ſcholares ad lecturas vniuerſitatis, & ad quid teneantur electi.

IN primis, ꝙ ad diſtributionem ſex lecturarum vniuerſitatis noſtrę, quolibet anno nominentur, proponantur, & eligantur ſcholares noſtrę vniuerſitatis, qui ſint ętatis annorum viginti ad minus, & iura per annos quatuor continuos ad minus in ea facultate, in qua legere temptauerint, ſi in iure ciuili, ſi autem in iure canonico per tres annos continuos videlicet vnum in iure ciuili, & duos in iure canonico ad minus audiuerint & ſtuduerint, qui ſingulatim ſcrutiniari & poni debeant ad partitum in vniuerſitate noſtra ad ballotas albas & nigras. Ex quibus ſcholaribus dictas qualitates habentibus, eligantur tantum duo pro qualibet lectura & ſic duodecim in totum ex obtinentibus meliora ſcrutinia in vniuerſitate noſtra.

Secundo, ꝙ nullus ſcholaris ponatur ad partitum, nec admittatur ſuper vtraque lectura, ſed vna tantum contentari debeat, eo anno, quo electus fuerit, ſequenti vero anno ad aliam non in eadem facultate in qua iam legerit admitti poſsit, ſed in alia.

Tertio, ꝙ his ſic peractis Magnificus Dominus Rector vna cum Notario vniuerſitatis ad Illuſtem Dominum Vexiliferum Iuſtitiæ Bonon. accedat ſupraſcriptos duodecim ſic vt prefertur electos & nominatos, in ſcriptiſque notatos præſentando, illicoque coram eo ſex tantum ex dictis duodecim notatis ad lecturas huiuſmodi ſorte dirimendo eligat & deputet, qui eas cõſequi & habere debeant, & per Notarium notentur; & hoc quia ſic inter Magnificum Dominũ Rectorem & Dominos Quadraginta viros Bonon. de voluntate Reuerendiſsimi Domini Vicelegati eiuſdem conuentum extitit.

Quarto, ꝙ quilibet ſcholaris electus & admiſſus ad lecturas huiuſmodi de licentia Magnifici Domini Rectoris & non aliter vna die ex Dominicis quadrageſimę proxime præcedentis initiũ noui ſtudij cuiuſlibet anni, duas concluſiones adminus ſaltem priuate, in loco vniuerſitatis coram Magnifico Domino Rectore, & duobus ex doctoribus legentibus ſeu pluribus eligendis per ſuſtentantem in ea facultate in qua admiſſus fuerit diſputare, vel ſuſtentare teneatur & debeat ſub pœna priuationis lecturæ, quam ipſo iure incurriſſe intelligatur.

Quinto, ꝙ quilibet ſcholaris ad lecturas prædictas electus & deputatus vt ſupra teneatur arguere contra ſcholarem electum diſputantem & ſeu concluſiones ſuſtinentem vt ſupra, ſub pœna de qua ſupra, quam incurriſſe intelligatur vt ſupra.

Sexto, ꝙ quilibet ex ſcholaribus ad dictas lecturas electus & deputatus, ſuo Rectori de fidelitate & obedientia, ac de obſeruandis ſtatutis noſtræ vniuerſitatis, & de legendo per totum annum, more ſolito ſaltem extraordinarie, iurare teneatur, & hoc antequàm legere incipiat.

Septimo, ꝙ quilibet ex deputatis & electis ad lecturas prædictas teneatur idonee cauere, quod de lectura ſibi conceſſa cum aliqua perſona contractum aliquem non faciet, nec eam alienabit, ſed pro ſe retinebit, & perſonaliter cum effectu honorifice leget & ꝙ finito anno ſuæ lecturę ad re ad gradum doctoratus in ciuitate Bonon. ſe promoueri faciet.

Octauo, ꝙ ſi contingat aliquid oriri vel euenire ſuper quo non fuerit prouiſum per ſupraſcripta capitula & ordinationes, ſeruari debeant ſtatuta noſtræ vniuerſitatis poſita ſub Rubrica de doctoribus & ſcholaribus ad lecturas vniuerſitatis eligendis.

Nono & vltimo ꝙ per compilationem capitulorum præſentium, damnum vel præiuditium aliquod vniuerſitati noſtræ vllo tempore per quaſcunque perſonas inferri aut generari poſsit, nec eſſe intelligatur.

Supraſcripta Capitula & ordinationes præſentata fuerunt per Magnificum & Reuerendum Dominum Cæſarem Andenam Laudenſem Rectorem in vniuerſitate congregata, & per me notarium dicte vniuerſitatis infraſcriptum de eius commiſſione & mandato lecta & publicata fuere, nec non & per Dominos conſiliarios eiuſdem in loco vniuerſitatis ſolito congregatos vnanimi corde nemine illorum penitus diſcrepante acceptata admiſſa & approbata, etiam in vim & per modum nouę legis ſiue ſtatuti, ac alias omni meliori modo, quo fieri poteſt. Decernentes etiam illa debere ſeruari in omnibus & per omnia pro vt in illis continetur, & modis & forma latius contentis in actis mei Notarij ſub die, xij menſis Decembris anni. M D L.

Ego Hieronymus olim probi viri Ser Marciantonij Beluiſij filius, publicus apoſtolica & Imperiali ac communis Bonon. auctoritate notarius, nec non & v.v. ſcholarium Iuriſtarum gymnaſij Bonon. ſcriba & tabellio quia de præmiſsis omnibus & ſingulis rogatus extiti & ea cum originalibus meis concordare inueni. Ideo hic me ſubſcripſi ſignum nomenque meum conſuetum appoſui requiſitus in fidem omnium præmiſſorum.

Confirmatio ſcholarium ad lecturas vniuerſitatis.

Die Iouis vigeſima ſecunda Ianuarij. M D L I.

COngregatis Magnificis & Illuſtriſsimis Dominis Quadraginta reformatoribus ſtatus libertatis ciuitatis Bononiæ in camera Reuerendiſsimi Domini Vicelegati in eius præſentia, ac de ipſius conſenſu & voluntate inter eos infraſcripta partita poſita & obtenta fuerunt.

Primo &c.

Item pro ſatisfaciendo toti vniuerſitati ſcholaſticorum tam Iuriſtarum q̃ Artiſtarum huius almi bononien. gymnaſij, & eorum Magnificis Dominis Rectoribus, egerunt & ordinauerunt, vt ad lecturas vniuerſitatis pauperibus ſcholaſticis alienigenis dari conſuetas, de cætero ipſi Domini Rectores pro tẽpore exiſten. ad earum ſingulas lecturas proponere debeant Illuſtribus Dominis Quadraginta, ſcholares duos alienigenas pauperes & eruditos videlicet Dominus Rector Iuriſtarum ſcholaſticos in totum numero duodecim, & Dominus Rector Ariſtarum numero decẽ, ideſt binos pro qualibet ipſarum lecturarum qui Domini Quadraginta vnum pro ſingula lectura ex quibuſlibet duobus propoſitis per eorum ſcrutinium eligere debeant, & qui plures fabas albas in ſufficienti numero congregatorum ex ſingulis binis obtinuerit, lecturam huiuſmodi cũ honoribus & oneribus ſolitis conſequatur dummodo partitum ligitime obtineatur, cum hac tamen declaratione & conditione, vt, ſi ad numerum vt ſupra Rectores ipſi non propoſuerint, vel ex eo quod aſſererent neminem præter exhibitos huiuſmodi lecturas petiſſe vel idoneos & habiles non reperiſſe vel alia ex cauſa ad preſcriptum numerum proponere deſiiſſe. Ipſi Magnifici domini Quadraginta eligant, quos ſibi, vti antea conſueuerunt eligere, viſum fuerit, ijs duntaxat annis & pro ijs duntaxat Rectoribus, quibus aut per quos præſcriptus ordo obſeruari fuerit omiſſus. Factum Senatuſconſultum per fabas albas omnes. xxvj.

Item cum in preſenti Dominus Iuriſtarum Rector Dominus Cęſar Andena de laude ad ipſas vniuerſitatis lecturas iuxta antedictum ordinem ſcholaſticos xij. Senatui propoſuerit pro ſtudio proximo futuro omnibus xij. ideſt ſingulis eorum binis ſcrutiniatis infraſcripti ſex per plures fabas albas ad infraſcriptas lecturas electi fuerunt videlicet.

Dominus Alexander Buſacca ſiculus	per fabas albas. xxv. nigras ij.
Dominus Leuinus Torrentius Flandren.	per fabas albas. xxiij. nigras. v.
Dominus Io. franciſcus bouius campanus	per fabas albas. xxvj. nigras. j.
Dominus Ioannes conteſius gallus	per fabas albas. xxv. nigras. ij.
Dominus Bernardus ampholius Ianuen.	per fabas albas. xxiiii. nigras. iij.
Dominus Agapitus de barberiis Veronẽ.	per fabas albas. xxv. nigras. ij.

SApienter admodum â maioribus noſtris præceptum eſt, & in omnibus bene inſtitutis rebuſpub. obſeruatum, vt ſemel pro legibus legitime recepta non temere mutarentur. Quoties tamen vel temporum ratio, vel rerum viciſſitudo poſtulat aliquid immutari, quoniam iura temporibus, ac præſentibus negotiis ſunt adaptanda, nihil tam firmum ac validum eſſe debet, quod ex euidenti vtilitate non debeat abrogari. Id ergo cum conſideraſſet admodum circumſpectus ac in rebus omnibus verè Magnificus huius almi noſtri gymnaſii Rector Dominus Ioannes Iunius Autuerpienſis anno ab orbe redempto. M D L II. Indictione decima. Sanctiſsimo in Chriſto patre domino noſtro domino Iulio tertio diuina prouidentia pontifice maximo chriſtianam Rempub. fæliciter moderâte. Quo tempore vniuerſalis Statutorum noſtrorum reuiſio ex eorundem tenore permittebatur, Conuocata legitime vniuerſitate conſiliariis omnibus tam vltramontanis q̃ citramontanis hoc negotium magnopere comendauit, vt ex vniuerſo illorum cetu iuxta ſtatuti formam octo eligerentur vita pariter ac eruditione commendati, quibus præfatum onus incumberet, vt auctoritate â maioribus noſtris huic ſtudio conceſſa, ea, quæ minus accommoda viderentur, emendarent adiungerentq; ſi quid præſenti tempori conueniret. Qno conſilio ab omnibus approbato, nemine penitus reclamante electi ſunt, qui præ cæteris ad hanc rem idonei videbantur, idq; quâm commodiſsime fieri poterat, ex vltramontanis dominus Ioſeph Veny gallus, dominus Ioannes quintana hyſpanus Barchinonenſis, Dominus Marquardus abeuzuaui germanus, Dominus Leuinus Torrentius Flandrenſis. Ex citramontanis, Dominus Petrus Dominicus magdalena de capite ferreo Romanus, Dominus Vincentius ſarrocchus neapolitanus, Dominus Ioannes baptiſta vulpius de piombino thuſcus, Dominus Camillus ſtangha de Cremona longobardus: omnes iuris vtriuſque ſtudioſi ac notæ vitæ ſcholaſtici. Qui preſcripta â ſtatutis forma in omnibus obſeruata, præſtito primum Magnifico Rectori, ac deinde ſibi inuicem iuramento, quod omnia fideliter & diligenter remoto fauore, odio, priuatoq; commodo, exequerentur, Saepius inter ſe congregati collatiſq; conſiliis vnanimi corde ac beneuolentia ſingulari, q̃ maxima potuerunt diligentia in commune bonum infraſcripta omnia (quod fælix ac fauſtum ſit, & huic gymnaſio ſalutare) Statuerunt, quæ ſiue ſupplendo, ſiue corrigendo, immutandoq; vetera iura emanarunt omni meliori modo, quo fieri poteſt robur & vires in poſterum conſequantur. Ac ſtatim valere incipiant nemine penitus ob aliquem ignorantiæ prætextum poſtea excuſando à die electionis noui Rectoris proximæ faciendi præſenti anno. M D L II.

¶ Inuocato igitur Dei omnipotentis auxilio.

De ſtatutorum Reformatione.

QVod veteri ſtatuto ſtrictiſsime cautum eſt, vt niſi vigeſimo quoq; anno de quacunq; re ad vniuerſitatem noſtram pertinente, firmo ac perpetuo iure ſtatui aliquo modo poſsit, id propter creſcentem in dies rerum difficultatem, ac varios caſus, multoſq; qui inde oriebantur, ab vſus, ante omnia cenſemus immutandum, acveluti benigna quadam interpretatione ſupplendum ita vt vniuerſalis ſtatutorum reformatio non niſi prætato tempore fieri poſsit, ne tamen publica vtilitas facile impediatur ob tanti temporis interuallum, ſi quid particulariter aut de nouo vtiliter ſtatui, aut ex antea obſeruatis corrigi, mutariq; poſſe videbitur, ſaltem quinto quoq; anno â die publicationis præſentium hoc fieri poſſe permittimus, breuiori vero tempore nullo modo: Ne frequens immutatio conſtitutionis noſtræ vniuerſitatis auctoritatem imminuat, niſi vrgens neceſsitas poſtulauerit, tunc enim id fieri poterit de conſenſu Reuerendiſsimi & Illuſtriſsimi Domini, Domini Legati ſeu vicelegati aut Gubernatoris pro tempore exiſten. & magnifici regiminis ciuitatis Bonon. Formam autem veteris ſtatuti ſemper præcipimus obſeruari. Si tamẽ vt ſæpe fit omnes requiſite qualitates in ſingulis conſiliariis non reperiantur. Nolumus propterea bonum publicum omitti, ſed quod iure communi cautum eſt, locum habere volumus, vt ex omnibus aſſumantur maxime idonei cum alii haberi nequeant.

¶ De Immatriculatione ſcholarium ad vſum reuocan.

GRaui vniuerſitatis noſtræ diſpendio & dedecore peſsimoq; exemplo, ſine vlla ratione aut probabili prætextu inualuit diſſuetudo immatriculandi, vnde contra omnium vniuerſitatum laudabilem morem in florentiſsimo Bonon. gymnaſio factũ eſt vt ſcholaſtici â reliquis non diſtinguerentur, nec poſſent agnoſci: Huic igitur malo obuiam ire cupientes, quod olim ſemper eſt obſeruatum, & ſtrictiſsime cautum, ne quis pro ſcholaſtico habeatur, aut vllis ſtudii noſtri priuilegiis, vel honore fruatur, qui in matricula vniuerſitatis nomen ſuum non curauerit inſcribi; hoc ipſum deinceps præcipimus obſeruari eadem omnino ratione & forma qua olim ex ſtatutis noſtris fieri conſueuit, quæ nullatenus hac in re expreſſe abrogata, malo tantum exemplo ac ſuperiorum negligentia in vſu eſſe deſierunt. Sciant igitur cuncti vniuerſitatis noſtræ ſcolaſtici id in poſterum eſſe ſeruandum nemine penitus aliquod omnino priuilegium habituro, qui nomen ſuum dare neglexerit. Nec tantum qui in poſterum ſunt aduenturi huic legi alligantur, ſed omnes etiam præſentes nullo aut tẽporis quo hic fuerint, aut perſone habito reſpectu, quod vt facilorem ſortiatur effectum iniungimus cõſiliariis omnibus & ſingulis pro illo tempore exiſten. vt infra mẽſem â die electionis noui Rect. anno præſenti facien. primũ ſe ipſos curent, inſcribi atq; iterum illos quoq; hortentur & moneant qui illorum conſiliarie ſubiacent, quod niſi fecerint teneatnr Magnificus Rector eoſdem conſiliarios voce ac omni iure priuare. ¶ Item eidem Rectori ſub pœna periurij ac bologinorum decem quotieſcunq; acciderit præcipimus vt nullũ admittat in conſiliarium nec in conſiliarii alterius ſubſtitutum, nullũ permittat publice diſputare, aut quencunq; actum ſcholaſticum facere, nulli item det literas teſtimoniales ſtudii, aut quibus â vectigalibus eximatur, nullius quoq; cauſam ad forum ſuum ac iuriſdictionem deduci patiatur, niſi ſe legitime immatriculatum eſſe oſtenderit. Quæ omnia vt Rector diligentius exequatur, volumus eundem in principio ſui officii ſpecialiter iurare, q̃ quę de matricula ordinauimus curabit pro viribus obſeruari; illud tamen nobis viſum eſt immutandum vt pro matriculatione tantummodo ſoluantur depoſitario noſtræ vniuerſitatis decem ſolidi Bonon. & vt labor & diligentia Domini Rectoris aliquo præmiolo ſubleuetur, ex ſumma decem ſolidorum Bononiẽ. tres ſolidos pro ſingulis volumus ad præfatum Dominum Rectorem pertinere, quod ſupereſt ad cõmodũ noſtræ vniuerſitatis, ita vt maſſarius pecunię vniuerſitatis omniũq; quæ pro matriculatione receperit partem ſuam Domino Rectori conſeruet. Huius autem pecuniæ ſummam Rector bis in anno exigere poterit partem vnam ad feſta natalitia, & alteram in fine officii ſui quando prædictus maſſarius illius anni rationes reddet. Item quoniam notarius prædictæ noſtre vniuerſitatis maiorem ob hanc rem curam & ſollicitudinem geret vt diligentius huic negotio incumbat. Volumus vt vltra ſummam decem ſolidorum ſcholares qui ſe curant inſcribi ſoluant ſinguli præfato notario ſolidos duos monere bononiẽ. ex qua pecunia teneatur notarius libros ſibi parare quibus matriculatorum nomina comprehendantur nullo hinc ſumptu ad vniuerſitatem noſtram peuenturo. Atque his ita ſalubriter in vſum reuocatis, quæ magna cum Bononienſis gymnaſii ignominia fuerant neglecta, ſciant omnes neminem penitus ſine matricula pro ſcholaſtico habitũ iri, ſed ſubiectum fore omnibus oneribus quæcunque in hac nobiliſsima Republica Bonon. cuius ignoto & extraneo imponuntur. Tempus autem quo vnuſquiſque curare debet ſe matriculari, in conſiliariis volumus eſſe vnius menſis â die electionis noui Rectoris. In reliquis tunc præſentibus menſis & dimidii, in nouiter aduenientibus duorum menſium ab eo tempore quo Bononiæ ſtudere inceperint, quod ſi præfatum tempus aliqui iſtorum paſsi fuerint elabi, in poſterum non admittantur, ab omnibus priuilegiis ſcholaſticis arcendi niſi per Rectorem cum conſiliariis fuerint reſtituti.

¶ Prouiſio circa perſonam & officium Rectoris.

QVoniam boni adminiſtratoris fauorem & commodum modis omnibus conuenit ampliari pleraque quæ per peſsimos abuſus in magnum magnifici Rectoris diſpendium prouenerunt preſenti ſtatuto cenſuimus abroganda. In primis illud peſsimi exẽpli eſt, & magnorum ſæpe tumultuum cauſa, quod quo tempore rector eligitur nimis ruſtica ac petulanti letitia plerique ſcholares non contenti veſtes laceraſſe, inſuper ſuo iure quodammodo pecuniam exigunt pro veſtium redemptione quas lacerarunt, rurſus quo die primum rector ingreditur ſcholas ſæpe factis partibus magno diſsidio ac etiam armorum violentia tapetum abripiunt, quod nõ niſi ingenti pecunia redimi patiuntur ex quibus omnibus magnum gignitur rectori grauamen, impeditur tranquilitas ſtudii, oriuntur tumultus, rixę, inimicitię, nec vllus inde prouenit ſtudii honor, ſed periculum ne quis ab aſſumendo rectoratus officio terreatur. Nos igitur tot inconuenientibus ex magiſtratuum quoque huius vrbis conſilio & hortatione, obuiam ire cupientes, quoniam publicam in electione rectoris lętitiam nec volumus nec poſſumus impedire. ¶ Veſtẽ quoque abripi atque etiam lacerari non prohibemus dũmodo ſciant hi qui lacerarunt nihil hinc exigi poſſe, & lętitia contenti principem ſuum duplici onere non grauent. ¶ Qui vero integram detulerunt, contenti diſcedant pecunia eis danda per rectorem quę non ſit minoris ſummę ſcutorum ſex in totum, erogan. tamen per dictos ſcolares accipientes, in vno prandio, vel in aliqua lętitia in honorem rectoris, nec quod ab aliis ante factum eſt in conſequentiam trahant. ¶ Taperũ vero abripi (qua in re nullus honor nulla lętitia eſt) omnino prohibemus ne cum grauii rectoris damno etiam diſsidii amplius detur occaſio. Pœna igitur periurii teneatur rector qui aliquid eo nomine ſoluerit, qui vero rapere auſi fuerint pręter grauem magiſtratuum vrbis Bonon. indignationem

tionem, etiam pœnæ arbitrariæ vniuersitati applican. se subiacere intelligant. Vt hoc salubberrimo statuto Rectoris commodum, & vniuersitatis nostræ tranquilitas conseruetur.

De incessu & habitu Domini Syndici generalis.

VT personę magistratus quem gerunt honore, conspicuæ etiam ab habitu dignoscantur, Syndicus generalis vniuersitatis nostræ proximam rectoratui dignitatem adeptus nunquam in actibus publicis aut scolasticorum congregationibus eorumq; negotii appareat sine habitu huic officio decoro nempe, ut vulgo dicitur senza rubone da gentilhomo, cum duobus seruitoribus vel vno ad minus, quod si facere neglexerit, teneatur ad restitutionem dupli eius salarii quod ex Aerario nostræ vniuersitatis illi debetur.

De congregatione consiliariorum in negotiis vniuersitatis.

NE quod sæpe factum est, ex quorundam consiliariorum negligentia, publica studii nostri utilitas capiat detrimentum, primum, nequis conuocationis ignorantiam prætẽdat, hũc ordinem deinceps in conuocanda vniuersitate volumus obseruari, vt Magnificus Rector ad quem conuocatio spectat, id lectionum tempore potissimum faciat, affixo in locis solitis ædicto ac uiua voce insuper bidellorum, in singulis scholis publicata conuocatione. Idque vt si matutino tempore fiat congregatio, ędictum proponatur, pridie ac per bidellos publicetur eo ipso mane. Si uero tempore uespertino, sufficiat ædictum apponi mane dummodo tamen publicetur per bidellos, tam mane quam vesperi. Cæterum quoties uacationum tempore, vniuersitatem cõuocari, euidens aliqua utilitas cogit, tunc proposito primo ædicto, vna die pro alia, teneantur bidelli accedere ad locum habitationis singulorum consiliariorum, sub pœna quinque solidorũ bonon. pro singulis ad quos ire neglexerint. A qua pœna nullo penitus ingnorantiæ prętextu vbi habitent, nolumus excusari, cum hoc ipsum pœna dignum censeri debeat, quod ubi habitent consiliarii ignorauerint. Quod si ipsi consiliarii ita frequentes non aduenerint, ut due partes presentium in studio non adsint, nihil quidem illa uice statui possit, puniantur tamen absentes pena priuationis uoti, seu uocis suæ pro tempore Rectoris arbitrio. Quod si secundo legitime pro eadem negotio conuocatis rursus contigerit duas partes presentium non ad esse, rursus eandem penam priuationis incurrant, etiam si aliqui eorum priori conuocationi obtemperassent, sed ne manifesta horum contumatia vniuersitati nostre afferat detrimentum, statuimus atque ordinamus, ut absentibus pro illa uice sua voce ac suffragij iure priuatis, ius disponendi super illo negotio in vniuersum accrescat præsentibus, ut quod statuerint plenum consequatur effectum, dummodo tamen non fuerit pauciores tredecim sine Rectore ne minor numerus aliquam fraudis suspitionem faciat.

De Subrogatione consiliariorum.

QAmuis ꝙ personæ alicuius specialiter iniunctum est officium, debeat per eum, & non per alium expediri, quia tamen uaria hominum impedimenta non patiuntur, hanc regulam esse perpetuã, & satius est per alium facere, quam quod uniuersitati nostræ uidebitur expedire relinquere infectum. Ideo præsenti constitutione consiliariis nostris uolumus esse permissum, ut quicunque infirmitate impeditur alium lóco suo substituere possit idoneum tamen & in quo eædem sint qualitates quæ requiruntur in consiliario principali, nec alium quam, qui sit de natione substituentis. Ad quem Infirmum sufficere uolumus notarium accedere ex consensu domini Rectoris, atque ibidem præmisso utriusque tã substituentis, quàm substituendi sacramento substitutionem publica fide admittere, presentibus tamen ad id duobus testibus ad minus. Hac igitur forma legitime substitutus per omnia representet principalem quandiu infirmitas ipsius durauerit, & aliter facta substitutio, & talis quibuscunque casibus præter infirmitatem sit ipso iure nulla, neque a Rectore, neque a consiliariis admittatur sub pena periurii, neque ullum dispensationi hic relinquimus locum. Illud quoque circa idem statutum de numero & electione consiliariorum censuimus immutandum, ut quo loco legitur ꝙ natio Romanorum uti principalis cõprehendat sub se inter alias nationem Abrutii, & terræ laboris, Apulie & Calabrie reponi debeat, comprehendi sub natione Romana, nationem Neapolitanam cum suis adherentibus, uidelicet Abrutio & terra laboris, Apulia & Calabria, cum comitatu Talglacotie, habeãtq; Neapolitani cum suis duas uoces & duos consiliarios, quorum alter omnino sit ciuis Neapolitanus si in studio ex ea urbe reperiatur idoneus, sin minus eligatur ad libitum eligentium, natus tamen in abrutio, uel terra laboris, alter autem omnino eligatur de Apulia & Calabria ad libitum eligentium. Quod ita nobis uisum est, tum ob nobilissimę ciuitatis splendorem & decus, quæ omnium horum

rum regnorum, arx & caput est, tum etiam quod hæc nominum ratio præsentibus temporibus magis quadrat. Item propter annuas contentioness Inter Dominos Hyspanos, dum castellani ad officium consiliariatus inhabiles, uolunt admitti tanquam propiores in deffectum Portugalensium, nobis hæc res quoque declaratione indigere uidetur, ne in uniuersum quod principaliter non permittitur per indirectum subrogationis uiam inducatur, impositio igitur castellanis silentio, alios qui a statutis declarantur idonei, substitu mandamus.

De ordine in publica disputatione obseruan.

MAgno admodum disputantium incomodo ac honoris huius Almi Gymnasii detrimento nationum cõtrouersiæ sunt exortę, dum nullo certo iure prouisum esset quis quo ordine in publicis disputatiunibus arguere deberet. Nos igitur huic quoque difficultati remediũ afferentes nullo habito respecto neque quid olim obseruabatur neque quid sub Magnifico domino Ferdinando brauo cautũ fuerit neque quid aduersus statutum Domini Braui iudicauerit qui eum secutus est Magnificus Dominus Cæsar Andena, vt commodius omnibus satisfiat hũc ordinem in posterum inuiolabiliter præcipimus obseruari. Vt post Magnificum Rectorem eũ que qui eius loco fuerit subitutus & Nobilissimũ Syndicum quem si arguere uelit nolumus hac præeminentia fraudari. Primo loco arguat Germanus. Secundo loco hyspanus. Tertio loco Gallus, capiendo hispanum ac gallum pro ut in statuto Domini Braui rectè declaratur. Quod tamen Germanum præponimus hispano hac interpetatione moderamur, Vt si quidem alter procuratorum Germaniæ hanc Prouinciam subiuerit omnimodo præferatur, idem seruetur si alius aliquis per disputantem electus fuerit, qui & ipse uere Germanus alteri ex procuratoribus Gremaniæ uti cõsiliario suo legitime subest, Atqui his exceptis reliquis omnibus qui lato ac improprio Germanorum nomine appellantur Boemis, Vngaris Polonis, Flandris eorumque Consiliariis præponantur hispani. Quarto loco pro Citramontanis Arguat Romanus, Quinto Thuscus, Sexto Lombardus, quos ipsos quoque omnes accipimus ut in dicto statuto Domini Braui continentur. Sed ob assiduas contentiones factum est ut primum reuocata in dubium, mox a Domino Cesare penitũs abrogata Domini Braui constitutione Nos ciuili quadam concordia rem decreuimus esse componendam, ut neuter alteri indistincte prętferatur, Lombardus· Thusco uel e, contrario, sed in proxima disputatione post publicationem præsentium sors dirimeret controuersiam, ita ut illa uice præcederet qui sorte uicisset, proxima uice alter, atq; hoc modo deinceps alter alteri succedat ut qui nunc prior, proxima uice posterior accedat omni controuersia hac ratione sopita. Cuius autẽ sint uices, ut Arguat prior, Notario volumus credi, Cui huius rei cõmittimus curam Post hos omnes igitur arguet Bononiensis vltimo loco, dummodo non excedat locum septimum. Porro ut huic constitutioni satisfiat, sufficiat vnum aliquem ex prædictis nationibus eligi arbitrio disputantis. Quem omnino cogimus ad eligẽdũ vnum ex singulis nationibus suprascriptis, cum cuilibet nationi honor suus sit tribuendus, quod si electus a disputante non fuerit consiliarius, ipse tamen consiliarius forte se offerat ad disputandum tunc uolumus illum preferri aliis de sua natione, quia rationi consonum uidetur hanc consiliariis prœeminentiam tribui, ut singulis è, nationibus suis prefferantur, Ioqui nemo unquam valeat impedire quominus arguat ille qui electus fuerit, a, disputante. Quod si ex singulis nationibus principalibus inuenire nequeat qui illi seruiat, arguant consiliarij ex sex nationibus suprascriptis a disputante requisitis, quod si neglexerint pœnam priuationis eorum officii incurisse uolumus, & his recusantibus ex quacunq; natione adiungere poterit quem uolet, sic tamẽ ut adiunctus extra ordinem arguat post Bononien., ne ordinem a nobis constitutum contigeret iterum perturbari, Illud quoq; in proclamatione arguentium per Bidellum præcipimus obseruari, ut nomen generalis Prouincię ex primatur, ut puta pro natione Germaniæ, Arguat Titius Boemus et proinde quod aliquando a Burgundis & siculis est factitatum ut electi ad arguendum, illi ꝙ natione Gallorum hi pro natione Romanorum proclamari nollent, cum tamen iuxta veterũ statutorum supputationem his nationibus uti principalibus submitantur, id præsenti statuto uolumus prohiberi, ne ullo modo Rector admitta t nisi eo modo se patiãtur proclamari, nam et his nationibus principalibus honorem suum uolumus conseruari, Nec iniuste illorum opinioni est indulgendum, qui harum principalium nationum nomina nõ ferunt, Vnde nullum alicui prę iudicium nascitur. Quod si eundem pluribus continuo diebus contigerit disputare, ut in hunc quoque casum tranquilitati huius inclitæ accademiæ sit prospectum, omnia prædicta quatenus fieri potest etiam sequentibus diebus volumus obseruari. Atqui si inter plures ex eadem natione desumptos controuersia oriatur quis primo die quis sequentibus arguat, sorte inter discutientes res dirimatur omnibus ex hoc dubium expectantibus euentum. Atqui si inter eos qui sub natione Romana comprehenduntur, huiusmodi dissensus ortus fuerit, tum si inter eos, ciuẽ Romanum hoc est Romæ natum (stricte enim accipimus) esse contigerit, is omnibus etiam ficu-

lis

lis ob vrbis gloriam,quę communis est omniũ patria, prę ferratur reliquis in sortẽ ac fortunæ ar bitrium rem collaturis.Hę omnia igitur curet Rector quam fieri potest diligentissime, & si qui fuerint qui seditiosis clamoribus prędictum ordinem ac disputantium institutum conati fuerín perturbare,arbitrariæ subiaceant penę,quam publico etiam magistratuum implorato præsidio Rectori placuerit inferre.

¶De Vacationum Tempore restrigen.

Admodum sane sapienter atque utiliter constitutæ sunt feriæ,quibus ab ordinariis lectionibus uacationes conceduntur, Sed ne nimium frequentes aut etiam diuturnę, nos reddant negligentiores quod praue Vsurpation econtra statuta nostra inductum est ut scholastici publice disputantes id faciant plerunque eo tempore quo ordinariæ legeretur, id tum ex veterũ statutorum nostrorum tenore tum etiam ob laudabilem in alijs vniuersitatibus consuetudinem omnino prohibemus. Nolentes ut alio die disputetur, quàm quo ab ordinariis lectionibus uacatur pœna periurij & librarum Trium Bonon· Rectori iminente quotiescunque id permiserit. Ita enim utilior erit disputatio si lectio nibus ordinariis nullum inferat damnum, sequentem uero disputationum diem honoris causa (ut inquiunt) disputantis Rector tribuere poterit.His autem disputationibus Doctores omnino adesse uolumus nisi tamen legitime fuerint impediti. Sane si pluribus diebus continuis contigerit aliquem disputare, tum ob incomodum quod inde oriretur mittimus in vno die dispensari,sequentem uero tribui omnimodo prohibemus.Eadem ratione ducti statuimus ne vacationes Bacchanalium siue Carnispriuii unque ullo tempore extendantur ultra Tres septimanas ante festum Carnispriuii ut tunc demum fiat publicatio cum tantum temporis supereſt,ante uero minime eadem Rectori pœna inferenda si neglexerit,Doctoribus uero sua sponte legentibus nullam imponimus pœnam. Si quis tamen quod de illorum diligentia non præsumimus hęc contempserit, ut tempore quo uacationes prohibemus nõ legat eadem ratione nouerit se esse punctandum qua quouis alio die.

¶De lecturis extraordinariis inter scolast.distrtbuen.

Recens recuperatum per Magnificum Dominum Cæsarem Andenam lecturarum uniuersitatis ius,tot atque tam uarias difficultates ac molestias produxit,vt magna omnibus diligentia merito sit incumbendum,qua remedium afferatur,& pulcherrimum huic studio beneficium conseruetur.Quoniam igitur magna molestie pars inde initium cępit quod tanto tempore antequam electi legere incipiant,atque adeo sub alterus Rectoris iurisdictione distribuantur lecturę,qui non tanta illos cura in officio continet,quanta contineret si ipsemet cum suis consiliariis elegisset.Ante omnia id statuimus immutandum, ut deinceps non infesto sancti Thome Apostoli,sed in calendis Iunii eligantur per vniuersitatem ac intra duos menses post talem electionem Magnifico regimini proponantur ij,quibus lecturę vniuersitatis concedende sunt, iuxta ordinem partiti legitime obtenti die uigesimo secundo Mensis Ianuarii anni millesimi Quingentesimi Quinquagesimi Primi. Deinde ipsi Scolaes, parati sint ut tenentur eodem anno in festo sancti Lucæ immediate suum principium facere.Qui quidem scolares nõ rotulentur nisi habita prius fide a notario dicte uniuersitatis quod ipsi disputauerint aliaq; debita et cõsueta fecerint. Cogantur autem singuli intra legitimum tempus duas ad minimũ cõclusiones quando Rector iusserit contra collegas suos disputandas proponere Quod si facere iussi neglexerint omnino ipso iure declarentur priuati omni comodo & beneficio,ipse quoq; Rector nullatenus dispenset pœna periurii & vigintiquinque librarnm Bonon. illi imminente si disputationem detractantes continuo,vt ipso iure priuatos non reiiciat,aliosq; in eorum locum eligi curet, & præponat vtsupra, medio quoque tempore,quod post electionem interceſſerit sine Rectoris expressa licentia a studio non recedãt,& si contigerit cum licentia abesse omnino ad festum sancti Petronii volumus esse reuersos,quo melius ad futurum legendi officium præparentur, nulla penitus causa longioris absentia admittenda quam aduersæ valetudiuis,casusq; fortuiti.quam præter iuramenti præstationem testibus fidedignis aut literis testimonialibus eius loci vbi hæc aduersitas contigerit legitime volumus probari,illud pręterea ob maiorem paucitatem ultramontanorum censuimus immutandum,quod veteri statuto cauetur.Altern is annis duos citramontanos,quatuor vltramontanos & e, contra vltramontanos duos,quatuor alios esse eligẽdos,quia enim facilius & melius fuerit equalitatem obseruare,ut puta ubi par amborum est ratio & fauor, in futurũ pręcipimus pari numero designari,cum equalis numerus vtrinque haberi poterit iuxta ordinem partiti prędicti alias suppleri possit de alijs,iuxta consuetum,& rursus quoniam maior legistarum est copia,sint penes utrosque duę lecturę in iure ciuili,vnica tantum in iure canonico.

¶De oratione

¶De Oratione in principio studij habenda.

QVoniam ex persona dicentis ipsa censetur atq; æstimatur oratio,nolumus ad orationem studii qua laudatur,& discentibus cõmendatur iuris prudentia amplius pueros adhiberi, quorum infantia & imperitita talem huius rei peperit contemptum vt sępe eruditi iuuenes ab hoc vili munere terrerentur,sed curet modis omnibus Magnificus Rector, ne ad hoc tam laudabile institutum adhibeantur minores saltem viginti annis,qui pro dignitate huius almi gymnasii hoc munere perfungantur.Quod si nemo reperiatur qui vniuersitatis honori inseruiat, adeantur doctissimi viri publici in hoc almo gymnasio humanarum literarum professores, qui cũ sint membra nostræ vniuersitatis suam communi bono operam negare non debent,pœna periurii & duodecim librarum bonon.Rectori imminente si vniuersitatis nostræ dignitatem in hac re neglexerit,& ne sine præmio sit labor poterit Magnificus Dominus Rector ex pecunia vniuersitatis orationem habenti,dare tres aureos coronatos,amplius vero vniuersitarẽ grauari prohibemus

¶De electione & Remotione bidellorum,coercendaq; eorundem negligentia.

OB graues controuersias,vnde sæpe inter scholasticos veniebatur ad pugnas & vitę periculũ in electione noui bidelli generalis,dum dubitaretur an electio vel etiam remotio alterius ex bidellis pertineret ad omnes consiliarios tam vltramontanos q̃ citramontanos, an vero ad alteros tantum,pro vt est bidellus vltramontanorum an citramontanorum.Necessario existimantes huic malo esse succurrendum,statuimus quacunque ex causa contigerit de bidellorum remotione,aut electione disceptari,eam rem deferri ad omnes consiliarios simul.Ne inter scholasticos vnius studii detur occasio controuersiæ,& tam vltramontanorum q̃ citramontanorum non nisi vnus & idem est Rector,cui prædicti bidelli principaliter seruire tenentur.Magnam quoq; bidellorum negligentiam coercere volentes præsenti constitutione sedamus, statuentes ne ipsi in posterum audeant cõmittere,quominus scholæ omnium doctorum debito splendore, & munditia teneantur,ea ratione se excusantes quasi sumptus qui ad hanc rem requiruntur,illis non debeãt imputari,quem prætextum omnino reprobamus,& quia etiam de minimis rebus statuentes conuenit prouidere,ideo hoc quoq; disposuimus vt ad quos id officium spectat,etiam sumptus,quibus opus est,ad eosdem spectare intelligantur.Similiter in quo grauissime peccant, quod Magnifico Domino Rectori deducendi & reducendi officium non præstant ad scholas palatia, & alia loca publica,nec non & ad missam diebus festiuis, ne huiusmodi negligentia latius, serpat volumus quotiescunq; de prædictis poterunt culpari,singulos puniri pœna vnius librę bonõ. Quod si notorię pergãt hæc negligere,neq; admoniti se emendent, sufficientem hanc causam esse iudicamus,vt penitus ab officio debeant remoueri,ne famulorum negligentia dominorum dignitas & honor imminuatur.

¶De exigenda à contumacibus & inobedientibus pœna.

FRustra peccantibus imponitur pœna,nisi fuerint qui comissam uelint & debeant exigere,& hoc quidem syndici vniuersalis in vniuersitate nostra semper officium fuit, sed vt diligentiã eius excitemus & adiuncta Domini Rectoris opera maior sit authoritas, si aliqua in re pœnã ab aliquo contigerit esse commissam vel ex Rectoris sententia vel ipso iure, volumus præfatum syndicum omni diligentia curare vt Magnifici Rectoris iussu per publicos executores huius inclitę ciuitatis fiat executio eo modo,quo ex legibus & statutis fieri præcipitur, quod cum factũ fuerit,pœnam ita diuidi nobis placuit,vt vna pars sit Domini Rectoris,altera ipsius sindici,tertia applicetur incontinenti nostrę vniuersitati,idq; sub pœna periurii, quotiescunq; Rector aut sindicus hanc saluberrimam constitutionem neglexerint.

¶Verba subscriptionis Reuerendissimi et Illustrissimi Domini.D.Legati ciuitatis Bononię talia sunt videlicet·

¶Placent Sanctissimo Domino nostro Papę.

Innoc.Cardinalis de Monte Legatus.

¶Tenor autem confirmationis apostolicę, suprascript. correctionũ, limitationum, & additionũ Statutorum prædictorum, talis est & sequitur sub hac forma videlicet.

IVLIVS PAPA III.

AD perpetuam rei memoriam. Deo gratos & vniuersæ reipublicæ christianæ vtiles fructus, qui ex literarum studiis prouenire noscuntur animo reuoluentes, his quæ pro salubri vniuersitatum studiorum generalium directione facta esse dinoscuntur, vt firma perpetuo & illibata persistant, nostræ approbationis robur libenter adiicimus, aliasque desuper disponimus, pro vt in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque dilectus filius Ioannes Iunius ex oppido Antuuerpien. Cameracen. dioci. Almi gymnasij ciuitatis nostræ Bononiæ Rector, præsenti anno quo vniuersitatis statutorum ipsius gymnasij reuisio ex ipsorum statutorum forma, permittebatur, Conuocatis omnibus tam vltramontanis q̃ citramontanis consiliariis ipsius vniuersitatis, ac proinde tota ipsa vniuersitate, ex vniuerso eorum cetu, octo illius scholares vtriusq; iuris professores vita & eruditione commendatos, qui auctoritate â maioribus suis prefatę vniuersitati concessa, statuta quę minus accommoda viderentur emendarent, ac quę tunc currenti tempori conuenirent adiungerent, iuxta eorundem statutorum formam elegerit, ipsiq; octo scholares sępius inuicem congregati, præscripta ab eisdem statutis forma in omnibus obseruata, & collatis consiliis ac vnanimi corde, diuersa circa reformationem statutorum ipsius vniuersitatis non singulis viginti annis vt antea consuetum fuerat, sed singulis quinque annis faciendam, & reuocationem matriculationis scholarium ad vsum, ac personam & officium Rectoris, nec nõ incessum & habitum sindici generalis, & congregationes consiliariorum ipsius vniuersitatis in illius negotiis, ac subrogationem eorundem consiliariorum, & ordinem aiguentium in publicis disputationibus obseruandum, nec non restrictionem temporis vacantiarum & distributionem lecturarum extraordinariarum inter scholasticos faciendam, ac orationem in principio studii habendam, nec non electionem & remotionem bidellorum, cohercendamq; eorundem negligentiam, & exigendam â contumacibus & inobedientibus pœnam, supplendo siue corrigendo & immutãdo statuerint & ordinauerint, diuersasque illis pœnas adiecerint, pro vt in instrumento seu aliis documentis publicis desuper confectis dicitur plenius contineri. Nos singulorum statutorum & ordinationum huiusmodi tenores præsentibus ac si de verbo ad verbum insererentur pro expressis habentes, motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicę potestatis plenitudine, statuta & ordinationes huiusmodi de mandato nostro per dilectum filium nostrũ Innocentium sancti Honofrii Diaconum Cardinalem de Monte dictę ciuitatis Legatum subscripta, apostolica auctoritate tenore præsentium ex certa scientia approbamus & confirmamus, ac illis plenum ac perpetuũ firmitatis robur adiicimus, supplentes omnes & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, eaq; omnia & singula suos plenarios effectus sortiri & ab omnibus inuiolabiliter obseruari debere, ac eos, quos illa concernunt & arctant ad eorum obseruationem teneri & obligatos existere, ac ad id pœnis in eis contentis ac etiam si videbitur ecclesiasticis sententiis & censuris cogi & cõpelli posse, sicque in præmissis oibus & singulis per quoscunq; quauisauctoritate fungẽres etiã causarũ palatii apostolici auditores in quauis causa & instãtia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi auctoritate & facultate, iudicari & diffiniri debere, & si secus super his â quoq; quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & innane decernimus. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis ac aliis eiusdem vniuersitatis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & cõsuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibuscunque clausulis & decretis quomodolibet cõcessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus cęteriscque contrariis quibuscunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum sub anulo piscatoris die. xxii. Octobris. M D L II. Pontificatus nostri anno tertio.

Gal. Suessan.

¶Publicatę fuerunt antescriptę limitationes, correctiones, & additiones statutorum prędictorũ, vna cum apostolica confirmatione desuper emanata, per lecturam de eis factam à me notario dictę vniuersitatis infrascripto in schola magna dominorum Iuristarum, de commissione tamen & voluntate Magnifici Domini Rectoris, & pro ut in actis mei notarii constat, sub annis, à Domini natiuitate millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, & sub die, decima sexta mensis Decembris, tempore sanctissimi domini nostri domini Iulii tertii diuina prouidentia, pontificis maximi.

Eog

¶Ego Hieronymus olim probi viri ser Marciantoni iBeluisii filius publicus apostolica & imperiali ac communis bonon. auctoritatibus notarius, nec non & V. V. scolarium Iuristarum studii ciuitatis Bon. tabellio & scriba limitationes, correctiones, & additiones statutorum prædictorum, ac apostolicam confirmationem nec non alia omnia, & singula præmissa publicaui ut supra, & ea per alium mihi fidum hic registrari, & ab originali autentico exemplari feci quibus omnibus fideliter collationatis, & concordare inuentis hic me manu propria subscripsi signum nomenque meum consuetum apposui requisitus.

¶Sequens constitutio debebat poni supra pagina 94. ante cap. Nos Marcus.

CVm orta fuisset magna contentio prælationis, vel præcedentiæ inter magnificentissimum, ac eccellentissimum virũ dominum Nicolaum Pollastra Siculum panormitanum tunc tẽporis huius almi gymnasii Rectorẽ plusquam meritissimum, & inter doctorem vnum, ex officio magnificorum dominorum antianorum, dum ad legendum ad scholas acccedebat per lõgas contentiones, fuit terminatum per excellentissimos dominos de quadraginta, vt præfatus Magnificus dominus rector & quilibet qui ei in infinitum succederet precedere debeat, prout & eo modo de quo in eorum decreto continetur, quod statim sequitur.

Die xx. Martii. M D. VIII.

¶Congregatis Magnificis D. quadrginta &c. inter eos infrascriptum partitum & obtentum fuit, videlicet.

CVm Magnifici dñi rectores huius studii existimarent in hoc studio sibi deberi locum primum, & ob id arbitrentur non debere cedere Magnificis dominis doctoribus de numero magnificorum dominorum antianorum in scholis & quando extra palatium in quo residentpræfati domini antiani, contingit ipsos doctores inueniri pro rebus priuatis hoc est pro lectionibus ad quas conducti sunt legendis. Cumque huic opinioni dominorum rectorum obstare diceretur dignitas supremi magistratus prefatorum dominorum antianorum, & ob id opportunum esse videretur aliquem modum inueniri, per quem dignitas eiusdem magistratus dominorum antianorum seruaretur temporum magnificorum dominorum rectorum decus custodiretur per decẽ et nouem fabas albas, & sex nigras prouiderunt, & declarauerunt q̃ in scholis, ac in omnibus & singulis actibus spectantibus ad studium rectores, doctores, & scholares, ac eundo, & redeundo precedere debeãt. domini rectores. In aliis autem actibus ac eundo et redeundo procedere debeat dominus Antianus, si solus erit, si uero fuerint plures, vnus tantum ex ipsis precedere debeat in absentia, videlicet domini vexilliferi, sed quoniam non bene congruit dignitati dominorum antianorũ q̃ aliquis ipsorum pro re propria, vel negotio priuato recedere debeat ex palatio ideo decreuerũt & ordinauerunt, q̃ de cetero nullus doctor de collegio seu magistratu, & officio dominorum antianorum possit aut debeat durante eorum officio ire ad legẽdum ad scholas, vel alium locum extra dictum palatium, Sed si legere uoluerit, legat in palatio sub pena librarum vigintiquinque pro qualibet vice qua iret ad legendum extra palatium.

¶Prouisio super Arreptione tapeti Rectoris Die xix. Nouembris. M D L X.

COngregati Magnificus Dominus Rector, & generosus Syndicus, ac nobilissimi consiliarii, tam citra quam vltramontani, vtriusq; vniuersitatis nobilium scolarium iuristarum studii inclitę ciuitatis Bonon. in loco vniuersitatis solito & consueto, & in sufficienti numero, & videlicet vsque ad numernm xxxvi. Computato dicto magnifico Rectore habente duas voces in vniuersitate ipsa, integre representantes totam utranque vniuersitatem prædictam ex forma statutorum illius, cum sint vt dixerunt meior pars consiliariorum in studio præsentium, ad vocationem factam de eis secundum formam traditam a statutis specialiter ob causam infrascriptam, cupientes abusum pessimũ quod iam per aliquot annos contra formã statutorũ vniuersitatis in arripiẽdo tapetum Magnificis dominis Rectoribus eiusdem & de præsenti viget, per quod dicti Rectores vltra modum, & indebite maximis grauantur expensis, tolere & in totum extinguere. Sequendo vestigia officialium proxime præcedentium, & habito prius inter ipsos congregatos longo colloquio, & matura deliberatione, per suffragia, & reffragia facta, ac partitũ inter eos proponente Magnifico domino Rectore positum & legitime obtentum per balotas albas numero trigintatres approbãtes, & nigras tres reprobãtes, Per modum constitutionis, & nouę prouisionis quas vim legis & statuti obtinere voluerunt. Ordinauerunt & decreuerunt q̃ quicunq;, siue vnus siue plures, cuiuscuis ordinis præheminentie aut dignitatis, qui pro futuris temporibus tapetum

petum magnificis rectoribus vniuersitatis nostræ sub quouis prætextu aut quæsito colore arripere & surripere, ausus fuerit, & ausi fuerint. Id ad vniuersitatis, non autem arripientis cõmodum & nomen factum esse intelligatur, & non aliter, & illud statim vniuersitati præsentare debeãt pœna dupli valoris illius iminente ex auctoritate Reuerendissimi D. Vicelegati, aut Gubernatoris ciuitatis Bononiæ, vel Magnificorum D.D. Antianorum, & D. Vexiliferi iustitiæ populi dictæ ciuitatis, ad cuiuslibet requisitionem a contrafaciente da facto & sine mora aufferenda nullo iuuante priuilegio. Quã pœnã modo aliquo remiti posse non voluerunt, & præsentem constitutionem in volumine statutorum vniuersitatis inseri, & inscribi iusserunt, ne aliquis de prędictis prætendere valeat ignorantiam, & prædicta omni meliori modo.

Hieronymus Beluisius V.V. prædictæ notarius scripsit.

¶ Quod quilibet consiliarius debeat habere & emptum retinere volumen statuti vniuersitatis. Die xiiij. Decembris. M. D. LX.

COngregatis in loco vniuersitatis solito & cõsueto Magnifico D.D. Rectore, Generoso Syndico, & nobilissimis consiliariis, citra & vltramontanis V.V. nobilium scolarium iuristarũ studii inclitę ciuitatis bonon. in sufficienti numero, & videlicet vsque ad numerum xxxii. comprehenso dicto Magnifico domino rectore ex forma statutorum, habente duas voces in vniuersitate, representantes integre V.V. prædictam cum sint vt dixerunt maior pars consiliariorum in studio præsentium, ad uocationem de eis factam iuxt a solitum, & specialiter ob causas infracriptas videlicet.

Primo &c. super impressione statutorum dictę uniuersitatis

¶ Item considerantes ꝙ non deceat consiliarios vniuersitatis prædictæ, de rebus, negotiis & regimine & ordine illius ignorare, & ab illis alienos esse, & vt in congregationibus, vtilia & fidelia consilia rectoribus suis impendere & præstare valeant, ideo hac lege perpetuo duratura, habito prius inter ipsos cõgregatos colloquio & matura deliberatione per partitum inter eos ad propositionem Magnifici domini Rectoris positum & legitimê per omnes balotas albas num. xxxii. obtentum, sanxerunt & decreuerunt, ꝙ quilibet scolaris qui in futurum ad officium alicuius cõsiliariæ in vniuersitate assumptus & electus fuerit, teneatur & debeat suis sumptibus ab vniuersitate emere & emptũ retinere pœnes se vnum volumen statutorum vniuersitatis nouiter imprimi ordinatorum, ad finem & effectum de quibus supra, qui vero id facere neglexerint penam dupli præcii illorum, & priuationis ab officio incurisse ipso facto voluerunt & predicta omni meliori modo.

P. EPIS. NARNIEN. VICELEG.

CORNEL. MAL. VEX. IVST.

Testes. Antonius Finellus. Iulius Drusinus. Bidelli.

Hieronimus Beluisius V.V. prædictę notarius scripsit.

Cum licentia Reuerendi P. Inquisitoris.

Bononiæ apud Alexandrum Benatium de Mense Aprilis. 1561.

24-161
H. 183062